gulis ciuitatibus antiquitus consecrate.pꝛout
dicetur in pꝛohemio.ij.partis:non in memoꝛi
am confessoꝛum: sed ad honoꝛem apostoloꝛũ
ac martyꝝ.⁊ pꝛecipue beate Marie virgĩs ve-
teꝝ deuoti dedicauit. Ceteꝝ ideo in ecclesia
conuenimus.vt ibi delictoꝝ veniã postulemꝰ.
⁊ diuinis laudibus insistamus:vt dicetᷣ in pꝛo
hemio.v.ꝑtis.⁊ vt ibi bõa siue mala iudicia au
diamꝰ·⁊ dei cognitionẽ discamꝰ ⁊ accipiamꝰ
⁊ vt dñicũ coꝛpꝰ ibi manducemus· Jn con

uentu ecclesie mulieres ⁊ viri seorsum habitāt
qđ ſm Bedā a veteri consuetudine deriuatuz
accepimus: ⁊ inde fuit ꝙ Joseph ⁊ Maria pu
erū dereliq̄runt: qm̄ alter illū quē secū non cer
nebat cū altero esse putabat. Causa autē diui
sionis est: qꝛ caro viri ⁊ mulieris si ꝓpius acces
serit ad libidinē accedūt. vñ cū ibi peccata flerꝫ
debeamus. necesse est tunc eoꝝ fomenta ⁊ de
lectatōes carnales vitari: masculi autē i austra
li: femine autē in boreali siue in aquilonari pte
manent: vt ostendat firmiores sanctos deberꝫ
stare contra maiores hꝰ seculi tentatōes. infir
miores vero contra minores seu minus fortio
res. firmioreq̄ȝ sexū in aptiori loco cōsistere de
bere: qm̄ ſm aplm̄. Fidelis est deus q̄ nō patie
tur vos tentari supra id qđ potestis sustinere.
Ad hoc etiā ptinet qđ Jo. vidit angelū fortem
q̄ posuit suū pedē dextrū sup mare. nā ⁊ fortio
ra mēbra maioribus piculis opponunt. ſm ali
os vero viri in pte anteriori. mulieres in poste
riori manent: qꝛ vir caput est mulieris. ideoq̄ȝ
dux eius. Mulier quoq̄ȝ velata capite eē de
bet in ecclesia. xxxiij. q. v. mulier: qꝛ nō est ima
go dei. ⁊ quia per illā p̄uaricatio inchoata est.
ideoq̄ȝ in ecclesia ꝓpter reuerentiā sacerdotis
qui est xp̄i vicarius corā eo tanq̄ȝ coraȝ iudice
ꝓpter reatus originē habeat caput velatū non
libeꝝ: nec ꝓpter eandē reuerentiā habeat pote
statē loquendi in ecclesia corā eo. Olim autem
viri ⁊ mulieres comā sibi nutrientes assistebāt
in ecclesia nudo capite crinibus gloriantes: qđ
inhonestū erat. Qualis locutio i ecclesia ha
benda sit. apostolus ostendit dicens. Loquen
tes vobismetipsis in psalmis ⁊ hymnis ⁊ can
ticis spiritualibus. vnde ibi a verbis superfluis
abstinendū est: extra de cele. mis. dolentes. iux̄
illud Chrysostomi. In aulā regiaȝ ingressurus
habitu ⁊ incessu te cōponas. angeli enī dñi as
sunt: qꝛ domus dei plena est virtutibus incor
poreis. ⁊ dñs ad moysen ⁊ angelus ad Josue.
Solue calciamentū de pedibus tuis. locus enī
in quo stas sanctus est. Ultimo notandū ē
ꝙ ecclesia consecrata reos sanguinis ad se cō
fugientes. q̄ in illa vel cōtra illā nō deliq̄runt d̄
fēdit ne vitā ꝑdant aut mēbra. xvij. q. v. reos ex̄
de imu. eccle. iter. Unꝫ legit ꝙ Joab i taberna
lū fugit ⁊ cornu altaris apphendit. Idē etiā p̄
uilegiū hȝ nō consecrata in q̄ diuina officia ce
lebrant: ex̄ de imu. ec. eccl'ia. Corpꝰ autē xp̄i a
talibꝰ sumptū eos nō defendit. nec cōfugiētes
ad illud: tū qꝛ h̄ p̄uilegiū ecclesie cōcessū est: qꝛ
nō est ad alia ꝓtrahendū: tū qꝛ illud est cibus
aīe nō corporis de cō. di. ij. nō iste. vñ aīaȝ libe
rat ⁊ nō corpus. Ecclesie tribus de causis de lo
co ad locū mutant: de cō. di. i. tribus ⁊. c. se.
Primo ꝓpter necessitatē ꝑsecutoꝝ. Scđo ꝓpꝫ
difficultatē locoꝝ. puta ꝓpter aeris intemperi
em. Tertio cū maloꝝ societate grauant. ⁊ tunc
cum consilio pape vel epi. Quare ecclesiam
ingrediens signo crucis se munit: dicet in pro
hemio quinte partis.

De altari. Rubrica.

Ltare in ecclesia ꝓpꝫ tria
fit ꝓut sub eiꝰ de
dicatione dicet. Sciendū aūt
est ꝙ Noe primus. d̄inde Ysaac
Abrahā ⁊ Jacob altaria edificas
se legunt q̄ nō aliud q̄ȝ lapides erecti intelligū
tur: sup quos sacrificia mactabant q̄ supposito
igne cremabant. Moyses etiā fecit altare d̄ li
gnis sethim. ⁊ idē altare tymiamatis: qđ vesti
uit auro purissimo. ꝓut legit exo. xxv. ⁊. xxvij.
⁊. xxix. c. vbi ēt ponit forma ipsiꝰ altaris. Salo
mon quoq̄ȝ sic legit. iij. regū. vij. c. ꝓpe finē alta
re aureū fabricauit. Ab his quidē antiq̄s prībꝰ
altaria modernoꝝ sumpserunt exordiā. q̄ i cor
nua q̄tuor erigunt. quoꝝ q̄dā vnius sunt lapi
dis. q̄dā ex pluribus cōponunt. Nēpe altaria
⁊ are aliquotiens indifferenter inueniunt iter
est tñ. Nā altare q̄i alta res. vel alta ara dicit i
quo sacerdotes incēsum adolebāt. ara q̄i area
i. plana. vel ab ardore dr̄. qꝛ in ea sacrificia ard
bāt. Et nota ꝙ multiplex in scripturis legit al
tare: vȝ supiꝰ ⁊ inferiꝰ. interiꝰ ⁊ exteriꝰ: quoꝝ ēt
q̄lȝ duplex est. Altare supiꝰ est deꝰ trinitas. d̄
quo legit nō ascendes ad altare meū p gradus
est ⁊ altare supiꝰ ecclesia triūphās. de quo dr̄
tūc ipones sup altare tuū vitulos. altare aut in
feriꝰ est ecclesia militās. de quo legit. Si altarꝫ
lapideū feceris mihi nō edificabis illud de sec
tis lapidibꝰ. Est etiā altare inferiꝰ mēsa tēpli. d̄
q̄ dr̄. Cōstituite diē solēnē i cōdēsis vsq̄ȝ ad cor
nu altaris. ⁊. iij. Re. vij. dr̄ ꝙ Salomō fecit altarꝫ
aureū. Altare v̄o interiꝰ est cor mundū ꝓut in
fra dicet. Est etiā altare interiꝰ fides incarnati
onis: de q̄ iubet in exo. Altare de terra facietis
mihi. Altare autē exteriꝰ est ara crucis. hoc est
altare holocausti sup quo cremabat sacrificiū
vespertinū. vñ in canone misse dr̄. Jube hec in
sublime altare tuū pferri ⁊c̄. Altare etiā exteriꝰ
sunt ecclesiastica sacramenta. de quibus dcm̄
est. Altaria tua dñe virtutū ⁊c̄. Rursus altare ē
mortificatio nostra. seu cor nostrū in quo car
nales motus feruore spiritus sancti consumū
tur. Scđo altare etiā significat ecclesiā spualē:
q̄tuor eius cornua significant q̄tuor mūdi pla
gas p q̄s eccl'ia dilatat. Tertio significat xp̄m
sine quo munꝰ nullū acceptabile prī offert. vñ
eccl'ia solet orōnes ad prēȝ diriger p xp̄ȝ. Quar
to significat corpꝰ dñi. ꝓut in pte. vj. sub ti. de

pasceue dicet̃. Quinto significat mẽsaꝫ in qua
cũ discipulis cõuiuatus est xp̃s. Sane legit̃
in exo. q in archa testamenti siue testimonij r̃
posita est testificatio. i. tabule ĩ q̃b⁹ scriptũ erat
testimoniũ: lꝫ etiã q̃dã reposita ibi testimonia
dici possunt. ⁊ hoc in testificatõeꝫ q legẽ natu
ralẽ in cordib⁹ scriptã suscitauerat in scriptis.
Reposita est etiã ibi vrna aurea plena manna.
in testificationẽ q panẽ dedisset filijs israel de
celo: ⁊ virga Aaron in testimoniũ q oĩs ptãs a
dño deo est. ⁊ deuteronomius in testimoniuꝫ
pacti. quo dixerant oĩa q̃ dixerit nobis dñs fa
ciemus: ⁊ ob hoc dicta est archa testimonij vl̃
testamenti: ob hoc etiã dictũ est tabernaculuꝫ
testimonij. Sup archã vero factũ est ꝓpiciato
riũ. de quo dicet̃ in ꝓhemio. iiij. ptis in cui⁹ rei
imitationẽ in q̃busdã ecclesijs sup altare collo
cat̃ archa seu tabernaculuꝫ in quo corpus dñi
⁊ reliquie reponunt̃: p̃cepit etiã dñs fieri cãde
labrũ ductile ex auro purissimo: exo. xxv. Legi-
tur ⁊. iii. Re. c. viij. q in archa federis aliud non
ẽ. nisi due tabule lapidee: q̃s posuerat ĩ ea moy
ses in oreb qñ pepipit fedus dñs cũ filijs israel
cũ egrederent̃ de terra egypti. Et nota q tẽpo
re Siluestri pape Constantinus impator con-
struxit basilicã lateraneñ. in q̃ posuit archã te-
stamenti quã Titus impator apportauerat de
hierusalẽ. ⁊ candelabrũ aureũ cũ. vij. infusorijs
lucernis ĩ q̃ archa sunt hec. annuli ⁊ vectes au
ree. tabule testimonij ⁊ virga Aaron. mãna. pa
nes ordeacei. vrna aurea. vestis incõsutilis. ⁊ a
rundo. ⁊ vestimentũ sancti Joannis baptiste.
⁊ forfices cũ q̃b⁹ tonsus fuit sanct⁹ Joannes
euangelista. Sane hõ si hꝫ altare mensaꝫ cã
delabruꝫ ⁊ archã tẽplũ dei est: oꝫ siq̃dẽ eũ alta
re habere vbi recte offerat ⁊ recte diuidat. Al-
tare est cor nostrũ in quo debemus offerre. vñ
in exo. p̃cepit dñs in altare offeres holocausta
q2 de corde debent ꝓcedere opa igne caritatis
accensa. holocausta dñr ab olon qđ est totũ ⁊
cauma qđ est incendiũ. vñ holocausta q̃i ex to
to incensa. In isto igit̃ altare debem⁹ recte of
ferre ⁊ recte diuidere: recte offerim⁹ qñ bonuꝫ
qđ cogitam⁹ ad pfectionẽ pducim⁹. sꝫ nõ r̃cte
diuidim⁹. si nõ discrete illud faciaꝫ⁹: q2 sepe pu
tat hõ facere bonũ. ⁊ facit malũ. ⁊ sepe ex vna
pte facit bonũ ⁊ ex alia pte facit malũ: ⁊ ita ip̃e
edificat ⁊ destruit. Sꝫ tunc recte diuidim⁹ qñ
bonũ qđ facim⁹ nõ nobis sꝫ soli deo attribuiꝫ⁹
mẽsã quoqꝫ oꝫ hoĩeꝫ hr̃e vt iñ panes v̇bi dei su
mat: p mẽsaꝫ sacrã scripturã intelligim⁹. đ qua
psalmista. pasti ĩ cõspectu meo mẽsaꝫ aduersus
eos q̇ tribulãt me. i. dedisti mihi scripturã ꝯ tẽ
tationẽ demoniacã: oꝫ vt hãc habeam⁹. i. mẽte
reponam⁹ vt panes verbi dei inde sumamus:
p defectu h⁹ panis dicit Hieremias puuli peti
erunt panẽ ⁊ nõ erat q̇ frangeret eis: oportet e
tiã eũ habere candelabrũ vt bonis opibus luce
at. Candelabrũ exterius illuminans est op⁹ bo
nũ qđ alios p bonũ exemplũ accendit: de quo
dr̃. nemo accendit lucernã ⁊ ponit eã sub mo-
dio sed supra candelabrũ: lucerna iuxta verbuꝫ
dñi est bona intentio: q2 xp̃s dicit. Lucerna ẽ
oculus tuus. oculus vero est intentio. Nõ de
bemus ergo ponere lucernã sub modio. sed su
pra candelabrũ: qm̃ si habemus bonã intentio
nẽ nõ debemus abscondere: sed bonũ opus a-
lijs in lumen ⁊ exemplũ manifestare. Opor-
tet eũ etiã habere archã que dr̃ ab arcendo: ar
cha ergo põt dici disciplina vel regularis vita.
p quã crimina nobis arcent̃. in archa autẽ sũt
virga. tabula. ⁊ manna: q2 in regulari vita debꝫ
esse virga correctõis. vt caro castiget̃. ⁊ tabula
dilectionis. vt deus diligat̃. in tabulis enĩ scri-
pta sunt mandata q̃ ptinent ad dilectionẽ dei
debet etiã ibi esse manna diuine p̃libatiõis. vt
q̃ꝫ suauis est deus gustemus ⁊ videamus: quia
bona est negociatio eius. iuxta illud prouer. de
muliere forti gustauit ⁊ vidit q2 bona est: vt er
go tẽplũ dei sumus habeamus in nobis altare
p oblationẽ. ne appeamus in cõspectu dei va-
cui. iuxta illud ecclesia. nõ appebis in cõspectu
dei tui vacuus. de cõ. di. i. oẽs. mẽsaꝫ p refectio
nẽ ne deficiamus in via q̃i ieiuni. iuxta illud e-
uangelij: si dimisero eos ieiunos deficiẽt in via
candelabrũ p bonã opationẽ ne simus ociosi.
iuxta illud ecc̃. Multã maliciaꝫ docuit ociosi-
tas. extra de renũ. nisi. §. vex: archã ne simus si-
cut filij belial. i. absqꝫ iugo indisciplinati. disci-
plina enĩ necessaria est. iuxta illud psal. app̃hẽ-
dite disciplinã ne qñ irascat̃ dñs ⁊c̃. de his eti
am ⁊ alijs altaris ornamentis in se. ti. dicetur.
Hoc altare ille edificat q̇ cor suũ vera humi
litate alijsqꝫ virtutibus exornat. vñ Gre. q̇ virtu
tes sine humilitate congregat. q̃i q̇ puluere in
ventũ portat. per altare enĩ cor nostrũ intelligi
tur. vt dicet̃ v̇bi de altaris dedicatione agetur
qđ est in medio corporis: sicut altare in medio
ecclesie: de altari iubet̃ a dño in leuitico. Ignis
in altari meo semp ardebit. ignis est caritas. al
tare est cor mundũ: ignis semp ardebit in alta
ri: q2 caritas semp feruebit ĩ corde nostro. Vñ
Salomon in canticis canticoꝝ. aq̃ multe non
potuerunt extinguere caritatẽ: q2 enĩ semp ar-
det extingui nõ põt. vos ergo sm̃ ꝓphetã agi-
te diẽ letitie in cõfreq̃ntatõib⁹ seu in condẽsis
vsqꝫ ad cornu altaris: q2 reliq̃e cogitationũ diẽ
festũ agent tibi. De hac apostolus excellẽtioreꝫ
viam dixit caritatem: quia ipsa est super omẽs
virtutes. ⁊ quicumqꝫ ipsam habet omnes vir-
tutes hꝫ: hoc est verbũ abbreuiatũ qđ fac̃ dñs
super terram: quia a deo breue est. vt dicatur

habe caritatē ⁊ fac q̄cq̄d vis. ex his nāq duob⁹
mandatis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Uel p al-
tare vniuscuiusq animā intelligamus: q̄ edifi-
caṫ dn̄o ex lapidibus viuis. s. ex virtutibus va-
rijs ⁊ diuersis. Porro linteamina alba q̄b⁹
opitur altare. carnē siue humanitatē saluatoris
designant: q̄ multo labore candidanṫ. sicut et
xp̄i caro ex terra. i. ex Maria orta p multas tri
bulationes ad resurrectionē ⁊ ad candorē ⁊ le
titiā īmortalitatis ꝑuenit: de q̄ filius exultat pa
tri dicens. Cōscidisti saccū meū ⁊ circūdedisti
me letitia. altare ergo vestire est animā īmorta
li ⁊ incorruptibili corpore coniungi. Rursus
albis ⁊ mundis pannis opiṫ altare qn̄ cor mū
dū bonis opibus adornaṫ. vn̄ apoc. iij. vestimē
tis albis induaris ne appeat confusio nudita-
tis tue. ⁊ Salomon. oī tp̄e vestimenta tua sint
candida. i. opa sint munda. Modicū enī ꝓdes
set accedenti ad altare summā dignitatē ⁊ in-
fimā vitā habere. vn̄ Ber. monstruosa res ē vi
ta prima ⁊ vita yma. gradus summus ⁊ status
infimus ingens auctoritas ⁊ animi īstabilitas.
Pallia vero serica sup altare posita. sunt di
uersaꝝ virtutū ornamenta quibus aīa decora-
ta est. vestimēta quoq quibus altare ornaṫ sc̄
sancti. vt diceṫ in ti. se. Principiū ⁊ finis misse
fiunt in dextra pte altaris. mediū in sinistra: p
ut in. iiij. pte sub ti de mutatione sacerdotis di
ceṫ. Antiqui altaria concaua faciebant ꝓpter
illud q̄ḋ legitur Ezechie. xliij. q in altari dei fos
sa erat. ⁊ hoc ſm Gre. ne holocausta supposita
ventus dispergeret. dicitur etiā in. c. xl. q altar
erat reflexū intrinsecus per circuitū. Ceterū
gradus quibus ad altare ascenditur. spiritualr̄
demonstrant apostolos ⁊ martyres xp̄i: quos
quia pro eius amore sanguinē suū fuderūt spō
sa in canticis amoris vocata ascensum purpu-
reū. Exprimunṫ quoq. xv. virtutes que signan
tur per. xv. gradus quibus ascendebatur in tē-
plū Salomonis. ⁊ a ꝓpheta in. xv. psalmis cō-
tinue demonstraṫ: q̄s beatus vir ascensiones ī
corde suo disposuit. Hanc scalaꝫ vidit Jacob
summitas eius celos tangebat. lxxxviij. di. c. i. p
hos gradus cōpetenter virtutū gradus intelli
gunṫ quib⁹ ad altare. i. xp̄m ascendiṫ. iux illud
p̄s. Et ambulabunt de virtute in virtutē de pe.
di. ij. dū sanctā in p̄n. Et Job p singulos grad⁹
meos ꝓnunciabo illū. Legiṫ tn̄ in exo. Non a
scendens ad altare meū p gradus ne reueletur
turpitudo tua. nōdū eiꝫ forte antiq̄ femoralib⁹
vtebanṫ. In cōcilio toletano. xxvj. q. vj. quicū-
q cauetur q clericus cā doloris in alterius p-
niciē altare vel imaginē exuens vestibus. vł lu
gubri vestes vel spinis accingens. vel eccl'ie lu
minaria extinguens deponaṫ. Sed si ecclesia
sua iure suo indebite spoliaṫ. hoc cā meroris fa
cere licet. vel ſm quosdā queādmodū ⁊ in die
passionis dn̄i in signū tristicie altaria denudā
tur. q tn̄ hodie cōciliū reprobat lugdunen̄. ex-
tra de of. or. si canonici. Deniq altaria q̄ per
somnia ⁊ per inanes quasi reuelationes homi
nū cōstruunṫ reprobanṫ oīo de cō. di. i. placet

De picturis ⁊ cortinis ⁊ ornamētis eccl'e. R.

Picture ⁊ ornamenta ī ecclesia: sunt la
icoꝝ lectio ⁊ scripture. Un̄ Gre.
de con. di. iij. platū. Aliud est pic
turā adorare. aliud p picture hi-
storiā q̄d sit adorandū adiscere. nā q legenti-
bus scriptura hoc ideotis cernentib⁹ p̄stat pi-
ctura: q2 in ipsa ignorantes vident q̄d seq̄ de-
beant in ipsa legunt q̄ lr̄as nesciunt. Sane cal
dei ignē adorant ⁊ cogunt alios idē facer̄ alia
idola cōburentes. Pagani v̄o imagies seu ico
nas ⁊ idola adorant q̄ḋ saraceni nō faciunt q̄
imagines nec hr̄e nec videre volunt: moti ex v̄
bo illo. Nō facies tibi oēꝫ sil'itudinē eoꝝ q̄ ī ce
lo vel in terra vel ī aq̄s vel sub terra sṫ. exo. xx. c
⁊ ex alijs auc̄tib⁹ q̄ stati sequunṫ nos valde su
p h̄ īcrepātes: sꝫ nos illas nō adoram⁹. nec de
os appellam⁹. nec spē salutis ī eis ponim⁹: q̄a
h̄ eēt idolatrare. sꝫ ad memoriā ⁊ recordatiōeꝫ
reꝝ olim gestaꝝ eas veneramur. Un̄ v̄sus. Effi
giē xp̄i q̄ trāsis ꝓn⁹ honora. Nō tn̄ effigiē. sed
q̄ḋ designat adora. Esse deū rōne caret cui cō-
tu'lit eē. Materiale lapis effigiale man⁹. Nec d̄
us ē nec hō p̄ns quē cernis imago. Sꝫ de⁹ ē ⁊
hō quā sac̄ figurat imago. Greci etiā vtūṫ ima-
gib⁹ pigētes illas vt dr̄ solū ab vmbilico supra
⁊ nō īferi⁹: vt oīs stulte cogitatōis occasio tol-
laṫ. nullā etiā faciunt sculptilē imaginē pro eo
q̄ḋ legiṫ exo. xx. c. nō facies sculptile neq ima-
gines. Itē leuitici. xxvj. c. nō facietis idolū neq
sculptile. Itē deute. iiij. c. ne forte d̄cepti faciatis
vobis sculptā sil'itudinē. Itē nō facietis vobis
deos aureos ⁊ argenteos. Itē ꝓpheta. Simu-
lacra gētiū argētū ⁊ auꝝ opa manuū hominū.
Sil'es illis fiāt q̄ fa. ea ⁊ oēs q̄ cōfi. ī eis. Cōfu-
danṫ oēs q̄ adorāt sculpti. ⁊ q̄ gl'ia. ī sil'a. su. Itē
moyses ait ppl'o israel. ne forte errore decept⁹:
adores ea q̄ creauit dn̄s de⁹ tuus. Hinc etiā
ē q ſpētē eneū quē moyses exexerat Ezechias
rex ɔfregit: q2 ppl's ille ɔ̄ legis p̄ceptū thuris ado
lebat īcēsū. Ex his āt ⁊ sil'ib⁹ auc̄tib⁹ reprobaṫ
nimi⁹ imaginū vsus. ait eñ apl's. i. corinth. Sci-
m⁹ eñ q2 idolū nihil ē ī mūdo. ⁊ nullus de⁹ nisi
vn⁹. Possēt nāq simplices ⁊ īfirmi p nimiū ⁊
īdiscretū vsū facile ad idolatriā trahi. vn̄ sapie.
xiiij. c. idolis nationū nō erit respect⁹: qm̄ crea-
ture dei ī odiū fc̄e sṫ ⁊ intentatōeꝫ aīe hominū

⁊ in muscipulā pedibus insipientiū. Modera
te vero vti picturis ad repn̄tandū mala vitāda
⁊ bona imitanda rep̄hensibile nō est. Vn̄ dn̄s
ad Ezechielē. Ingredere ⁊ vide abhoīationes
pessimas q̄s isti faciunt ⁊ ingressus vidit oēm
silitudinē reptiliū ⁊ aīaliū ⁊ abhominationez.
⁊ vniuersa ydola domus israel depicta ī parie
te. Nēpe Gre. hoc exponēs ī pastorali li. ij. c. xx.
dicit. dū exterioꝝ reꝝ intrinsecus species attra
hunt᷑. q̄i in corde depingit᷑ q̄cq̄d fictis imagī-
bus deliberando cogitat᷑. Rursus ad eundem
Ezechielē dicit᷑. Sume tibi laterē ⁊ pones euz
corā te. ⁊ describes in eo ciuitatē hierusalē. Ei
autē q̄ dictū est ꝙ imagines sunt laicoꝝ litte
re obuiat illud euangelij. Habēt inq̄t moysen-
⁊ ꝓphetas audiant eos. de hoc etiā dicet᷑ ī q̄r
ta p̄te sub q̄rta p̄ticula canonis. sup̄ verbo ser-
uitutis. Conciliū agathen̄. de con. di. iij. placu-
it. inhibet picturas in ecclesijs fieri. ⁊ q̄ colit᷑
⁊ adorat᷑ in parietibus depingi: sed Gre. de cō.
di. iij. p̄ latū. dicit ꝙ picturas nō licet frangere
ea occasione ꝙ adorare nō debēt. Pictura nā
q̄z plus videt᷑ mouere animū q̄z scriptura. Per
picturā quidē res gesta ante oculos ponit᷑. de
con. di. ij. semel. sed per scripturā res gesta q̄i p̄
auditū qui minus animū mouet ad memoriā
reuocatur. Hinc etiā est ꝙ in ecclesia nō tātaz
reuerentiā exhibemus libris q̄ztā imaginibus
⁊ picturis. Picturaꝝ siue imaginū. alie sunt
supra ecclesiā vt gallus vel aquila. alie extra ec-
clesiā. s. foris in fronte ecclesie. vt bos ⁊ leo. alie
intra vt icone statue ⁊ diuersa scripturaꝝ ⁊ pi
cturaꝝ genera: que vel in vestibus vel in parie
tibus vel in vitrealibus depinguntur. de quoꝝ
aliquibus sub tractatu de ecclesia dictū est ꝙ
a tabernaculo moysi ⁊ templo Salomonis sū
ptum est. sculpsit enī moyses. sculpsit ⁊ pinxit
Salomō ⁊ parietes celaturis ⁊ picturis orna-
uit. Sciēdū autē est ꝙ saluatoris imago tri-
bus modis conuenientius in ecclesia depingi
tur: videlicet. aut vt residens in throno. aut pē
dens in crucis patibulo. aut vt residens in ma
tris gremio: quia vero Io. baptista xp̄z digito
monstrauit dicens. ecce agnus dei. ideo q̄daz
pingebant xp̄z sub specie agni: q̄z tn̄ vmbra trā
siuit. ⁊ xp̄s verus est hō. dicit Adrian⁹ papa d̄
cō. di. iij. sextā. ꝙ ipsum in forma humana de-
pingere debemus. nō enī agnus dei ī cruce p̄n
cipaliter depingi dz: sed hoīe depicto nō obest
agnū in p̄te inferiori vel posteriori depingi. cū
ipse sit verus agnus q̄ tollit peccata mūdi. His
q̄dē ⁊ diuersis alijs mōis saluatoris imago de
pingit᷑ ꝓpter diuersas significatōes: nā picta ī
p̄sepio rememorat natiuitatē. depicta in mr̄is
gremio puerilē etatē. picta vel sculpta in cruce
passionē. ⁊ q̄nq̄z in ipsa cruce sol ⁊ luna q̄i ecli

psim patientia depingunt᷑. depicta vero in sca
laꝝ ascensu ascensionē. picta vt residens ī thro
no seu in solio excelso p̄n̄tē indicat patientiaz
⁊ potestatatē. q. d. data est ei oīs p̄tās ī celo et
in terra. iuxta illud vidi dn̄m sedentē. s. s. e. ⁊c̄. i.
dei filiū sup̄ angelos regnantē. iuxta illud q̄ se
des sup̄ cherubin. Q̄nq̄z vero depingit᷑ sicut vi
derunt eū moyses ⁊ aaron nadab ⁊ abyu. s. su
pra montē ⁊ sub pedibus eius q̄i opus saphiri
cū ⁊ q̄i celū serenū. Et q̄m sicut ait Lucas tūc
videbunt filiū hoīs venientē in nube cū p̄tāte
magna ⁊ maiestate. ideo ei q̄nq̄z circūcirca pi-
gunt᷑ angeli q̄ ei semp̄ seruiunt ⁊ assistunt. ⁊ d̄
pingunt᷑ cū. vj. alis f̄z Ysa. di. Seraphin stabāt
iuxta illud sex ale vni. ⁊ sex ale alteri. duab⁹ ve-
labant faciē eius. duabus pedes. ⁊ duabus vo
labant. Depingunt᷑ etiā angeli tāq̄z in etate iu
uenili florentes. nūq̄z enī senescunt. q̄nq̄z etiaz
circūpingit᷑ archāgelus michael draconē sub-
peditans. iuxta illud Ioannis. Factū est p̄liuz
in celo. Michael cū dracone pugnabat: q̄ pu-
gna est dissidiū angeloꝝ. cōfirmatio bonoꝝ. et
ruina maloꝝ. aut in p̄n̄ti ecclesia p̄secutio fide-
liū. q̄nq̄z etiā circūpingunt᷑. xxiiij. seniores f̄z vi
sionē ipsius. Io. in vestibus albis ⁊ coronis au
reis p̄ quos significāt᷑ veteris ⁊ noue legis do
ctores. q̄ sunt. xij. ꝓpter fidē trinitatis quā an-
nunciant p̄ q̄tuor elementa mundi. aut. xxiiij.
ꝓpter op̄a ⁊ obseruanciā euangelioꝝ. si lāpa-
des addunt᷑ dona sp̄s sc̄i repn̄tant᷑. si mare vi-
treū baptismus innuit᷑. q̄nq̄z etiā circūpingun
tur q̄tuor aīalia f̄m visionē Ezechielis. ⁊ eiusd̄
Io. facies hoīs ⁊ facies leonis a dextris. facies
bouis a sinistris. ⁊ facies aq̄le desup̄ ipsos q̄tu
or. hi sunt q̄tuor euangeliste. vn̄ pingunt᷑ cū li
bris in pedibus: q̄z q̄ verbis ⁊ scriptura docue
runt. mente ⁊ op̄e cōpleuerunt. Matheus fi-
gurā sortit᷑ humanā. Marcus figurā tenet le-
onis hi ponunt᷑ a dextris: q̄z xp̄i natiuitas ⁊ r̄
surrectio fuerunt oīum letitia generalis. vn̄ in
p̄s. Et ad matutinū letitia. Lucas vero vitulus
est eo ꝙ a Zacharia sacerdote inchoauit ⁊ xp̄i
passionē ⁊ hostiā spiritualius pertractauit. Vi
tulus q̄ est aīal sacerdotū sacrificijs aptū. Cō
parat᷑ etiā vitulū ꝓpter duo cornua q̄i duo cō
tinens testamenta. ⁊ ꝓpter q̄tuor pedū vngu-
las q̄i q̄tuor euangelioꝝ sn̄ias. Per hunc quo-
q̄z figurat᷑ xp̄s q̄ fuit pro nobis vitulus imola-
tus. ideoq̄z ponit᷑ a sinistris: q̄z mors xp̄i fuit a
postolis tristis. De hoc ⁊ q̄liter beatus marcus
pingi dz in. vij. p̄te sub ti. de euangelistis dicet᷑
Io. autē figurat᷑ aq̄le: q̄m ad excelsa p̄uolat ait
In p̄ncipio erat verbum. Hic quoq̄z significat
xp̄m cuius iuuentus vt aq̄la renouatur: q̄z re-
surgens a mortuis floret ⁊ in celū īgredit᷑. hic
tn̄ nō iuxta sed sup̄esse depingit᷑: q̄m ascēsiōez

designat ⁊ verbū apud deū ꝓnunciat. Sed cū
q̄libet ipsoꝝ aīaliū hr̄et q̄tuoꝛ facies ⁊ q̄tuoꝛ
alas. qualiter possent depingi dicetur in septi-
ma pte sub ti. de euangelistis vbi etiā latius de
hoc agetur. Qn̄q3 etiā circūpinguntur vel poti
us subpinguntur apl'i q̄ fuerūt testes eius ver-
bo ⁊ ope vsq3 ad vltimū terre: ⁊ pingunť crini
ti. q̄i nazarei. i. sci. Lex enī fuit nazareoꝝ vt a tē
poꝛe sue sepatōis a cōi vita hominū: nouacula
nō transiret sup caput eoꝝ. Pingunť etiā qn̄3
sub foꝛma. xij. ouiū: q2 tanq̄3 bidentes occisi sē
ꝓpter dn̄m: sed ⁊. xij. tribus israel qn̄q3 sub foꝛ
ma. xij. ouiū pingunť. Qn̄3 tn̄ plures vel pauci-
oꝛes oues circa sedē maiestatis pingunť. s3 tūc
aliud figurant. iuxta illud Math. xxv. c. in fi.
Cū venerit filius hoīs in maiestate sua. tunc se
debit sup sedē maiestatis sue. statuens oues a
dextris ⁊ edos a sinistris. Qual'r Bartholome
us ⁊ Andreas apl'i depingi debent in. vij. par-
te sub eoꝝ festis dicet̄. Et aduerte q2 p̄riarche
⁊ ꝓphete pingunť cū rotulis in manibus. qui
dā vero apl'i cū libꝛis ⁊ quidā cū rotulis. Nem
pe q2 ante xp̄i aduentū fides figuratiue osten
debatur. ⁊ quo ad multa ī se implicita erat: ad
qđ ostendendū p̄riarche ⁊ ꝓphete pinguntur
cū rotulis. per quos q̄i quedā impfecta cogni-
tio designatur. Quia vero apostoli a xp̄o perfe
cte edocti sunt. ideo libꝛis p quos designať cō
grue pfecta cognitio vti possunt. Sed quia q̄-
dā illoꝝ qđ didicerunt ad doctrinā alioꝝ ī scri
ptis redegerunt: ideo illi congrue tanq̄3 docto
res cū libꝛis in manibus depingunť. sicut pau
lus. euāgeliste. Petrus. Jacobus. ⁊ Judas. A-
lij vero qui nihil stabile seu ab ecclesia appꝛo-
batū scripserunt non cū libꝛis sed cū rotulis in
signū sue pꝛedicationis pinguntur. vnde apl's
ad ephe. ⁊ extra de here. cū exiniuncto. Domi-
nus quosdā dedit apostolos. quosdā pꝛophe-
tas. alios euāgelistas. alios pastoꝛes ⁊ docto-
ꝛes in opus ministerij. Sed ⁊ diuina maiestas
depingitur qn̄q3 cū libꝛo clauso in manibꝰ: q̇a
nemo inuentus est dignus aperire illū. nisi leo
de tribu iuda. ⁊ qn̄q3 cū libꝛo aperto. vt in illo
quisq3 legat ꝙ ipse est lux mundi ⁊ via veritas
ac vita ⁊ liber vite. Quare autē Paulus ad de
xtrā ⁊ Petrus ad sinistrā saluatoꝛis depingū-
tur. dicet̄ in. vij. parte sub ti. de euāgelistis. Jo
annes vero baptista qn̄q3 depingiť vt heremi
ta. Martyres cū eculeis vt Laurentius in cra
ticula. Stephanꝰ cū lapidibꝰ. ⁊ qn̄3 cū palmis
q̄ victoꝛiā signant. iuxta illud. Justus vt palma
floꝛ̄bit. vt sicut palma viret sic eoꝝ memoꝛia vi
ret. Hinc est ꝙ q̄ de hierosolimis veniunt pal-
mas in manibus ferunt: in signū ꝙ illi regi mi
litarūt. q̄ hierusolimis cū palmis honoꝛifice re-
ceptus ē: ⁊ postmō3 ibidē cū dyabolo pugnās

victoꝛ extitit. ⁊ celi palaciū cū angelis triūphāť
introiuit. v̄. Justi cū palma floꝛebunt ⁊ sic̄ stel
le fulgebunt. Confessoꝛes pingūtur cū suis
īsignijs. vt ep̄i mitrati. abbates. capuciati. ⁊ qn̄
cūq3 cū lilijs q̄ castitatē designant. doctoꝛes cū
libꝛis in manibus. virgines sm̄ euangeliū cum
lampadibus. Paulus cū libꝛo ⁊ ense. cu3 libꝛo:
q2 doctoꝛ. siue ꝓpter conuersionē suā. cū ense
quia miles. vn̄ v̄sus. Mucro furoꝛ pauli. liber
est conuersio sauli. Gn̄aliter autē scōꝝ patrum
imagines. qn̄q3 in parietibus ecclesie. qn̄3 ī po
steriori altaris tabula. qn̄q3 in vestibus sacris
⁊ alijs varijs locis pinguntur: vt illoꝝ actꝰ ⁊ sā
ctitatē iugiter nō indiscreta vel inutilia medi-
temur. vn̄ in exo. diuina voce p̄cipiť: vt in Aa-
ron pectoꝛe. rationale iudicij vittis legantibus
impꝛimať: q̄tenus sacerdotale coꝛ neq̄q̄3 fluxe
cogitatōes possideant. s3 ratio sola constrīgat.
Jn quo etiā rationali vigilanter s3 Gre. xij. p̄ri
archaꝝ noīa describi iubenť. Nēpe ascriptos
p̄res semp in pectoꝛe ferre: est antiquoꝝ vitā si
ne intermissione cogitare. Tūc autē sacerdos
irrep̄hensibiliť gradiť. cū exēpla patꝝ p̄cedētiū
indesinenter intueť: cū scōꝝ vestigia sine cessa
tione cōsiderat. ⁊ illicitas cogitatōes depꝛimit
ne extra rōnis limitē opis pedē teneat. Cō-
siderandū quoq3 est ꝙ Jhesus semp coꝛonatꝰ
depingiť. q. d. egredimī filij hierusalē ⁊ videte
regē Salomone3 ī dyademate quo coꝛonauit
eū mr̄ sua. Fuit enī xp̄s coꝛonatus tripliciter.
Pꝛimo a matre coꝛona misericoꝛdie in die cō
ceptionis. q̄ coꝛona duplex est ꝓpter naturalia
⁊ gratuita. ideoq3 ⁊ dyadema vocať qđ est du
plex coꝛona. Scđo a nouerca coꝛona miserie.
in die passionis. Tertio a patre coꝛona gloꝛie.
in die resurrectionis. vn̄ gloꝛia ⁊ ho. co. e. do.
Demū coꝛonabiť a familia coꝛona potentie in
die vltime reuelatōis. Ueniet enī cū senatoꝛi-
bus terre iudicans oꝛbē terre in eq̄tate. Sic et
oēs sancti pingunť coꝛonati. q. d. filij hierusa-
lē venite ⁊ videte martyres cū coꝛonis aureis
q̄bus coꝛonauit eos dn̄s. ⁊ in libꝛo sapientie.
Justi accipient regnū decoꝛis ⁊ dyadema spe
ciei de manu dn̄i. Coꝛona autē hꝰ depingitur
in foꝛma scuti rotundi: q2 sancti dei ꝓtectiōe
diuina fruunť: vn̄ cantant gratulabundi. dn̄e
vt scu. bo. vo. t. co. nos: verūtn̄ xp̄i coꝛona per
crucis figurā a scōꝝ coꝛonis distinguiť: q2 per
crucis vexillū sibi carnis gloꝛificatōe3: ⁊ nobis
meruit a captiuitate liberatōe3. ⁊ vite fruitōe3.
cū v̄o aliq̄s p̄latꝰ aut sanctꝰ viuēs pingiť nō in
foꝛmā scuti rotundi s3 q̄drati coꝛona ip̄a depi
git. vt q̄tuoꝛ cardīalibꝰ v̄tutibꝰ vigeř mōstreť
ꝓut ī legēda btī Gre. heť. Rursus qn̄3 ī eccl'i
is padisꝰ dpigiť. vt aspiciētes ad dlcātōe3 p̄mi
oꝝ alliciat: ⁊ qn̄3 ifernꝰ vt eos a foꝛmidīe pēaꝝ

in hoc quidam contrarium sentiant vt saltem
deterreat: qñq; flores ⁊ arbores cũ fructib⁹ ad
repñtandũ fructus bonoꝝ operꝝ ⁊ virtutũ radi
cib⁹ ꝓdeuntiũ. Picturaꝝ autẽ varietas vir-
tutũ varietatẽ designat. alij enĩ daṫ ꝑ spm ser-
mo sapie. alij scie ⁊c̃. virtutes vero mulieris spe
cie depingunṫ: q2 mulcenṫ ⁊ nutriũt. Rursus
ꝑ celaturas q̃ ⁊ laq̃aria noĩanṫ: q̃ sunt ad deco
rẽ domus: simpliciores xp̃i famuli intelligunṫ:
q̇ ecclesiã nõ doctrina sed solis virtutib⁹ ornãt
Ceterꝝ sculpture ꝓminentes de parietib⁹ egre
dientes esse videnṫ: q2 cũ virtutes fidelib⁹ ĩ tã
tã consuetudinẽ deueniunt. vt eis naturaliter
in site videanṫ: multipharijs eaꝝ oꝑationibus
exercenṫ. Sinagoga vero q̃liter depingitur
diceṫ in. iiij. ꝑte sub ti. de reuerentia. Qualiter
palliũ romanoꝝ pontificũ pingaṫ ĩ. iij. ꝑte sub
ti. de pallio diceṫ. Ann⁹ vero ⁊. xij. signa ⁊ mẽ-
ses q̃liter depinganṫ diceṫ in ꝓn. viij. ꝑtis. vbi
⁊ de mense agiṫ. Sed ⁊ diuerse historie tã no
ui q̃z veteris. t. ꝓ voluntate pictoꝝ depingunṫ.
nã pictoribus atq; poetis q̇libet audiendi sꝑ
fuit equa potestas. Porro ornamenta eccle
sie in tribus consistunt. s. ĩ ornatu ecclesie cho-
ri ⁊ altaris. Ornatus ecclesie consistit in corti-
nis ⁊ auleis ⁊ palleis seric] ⁊ purpureis ⁊ siľib⁹
Ornatus chori in dorsalibus tapetis substrato
rijs ⁊ bancalibus. Dorsalia sunt panni in cho-
ro pendentes a dorso clericoꝝ. Substratoria q̃
pedibus substernunṫ. Tapeta etiã sunt panni
qui pedibus substernunṫ quasi stratio pedum
⁊ p̃cipue pedibus ep̃oꝝ. qui mundana pedib⁹
calcare debent. Bancalia sunt panni qui suꝑ
sedes vel bancas in choro ponunṫ. Altaris v̇o
ornatus consistit in capsis in pallijs in philate
rijs in candelabris in crucibus in aurifrisio in
vexillis in codicibus in velaminibus ⁊ in corti
nis. Et nota ꝙ capsa in qua hostie consec̃te
seruantur. significat corp⁹ virginis gloriose de
q̃ dr̃ in p̃s. Surge dñe in req̇. tu. t. ⁊ arch. s. t. q̃
qñq; est de ligno. qñq; de ebore candido. qñz
de argento. qñq; de auro. ⁊ qñq; de crystallo.
⁊ s̃m varias sue ꝓprietates varias ipsi⁹ corpis
virginis exprimit dignitates. Rursus capsa
ipsa continens hostias siue consecratas siue ñ
cõsecratas. memoriã designat humanã. Debet
nanq; hõ iugiter recordari acceptoꝝ benefici-
oꝝ dei. tã tp̃aliuz q̃z ꝑ hostias nõ cõsecratas q̃z
spiritualiũ q̃ ꝑ cõsecratas designanṫ: q̇ figu-
ratũ est in vrna in q̃ deus iussit mãna reponi.
q̇ lz tp̃ale esset. p̃figurabaut tñ istud nr̃z sacri-
ficiũ sp̃uale. p̃cipiens vt esset in memoriale sẽ-
piternũ in futuras gñatões. sicut legiṫ in exo.
Capse autẽ posite suꝑ altare q̇ est xp̃s. sc̃ apľi
⁊ martyres. Palle ⁊ vestes. sunt confessores ⁊
virgines. vel oẽs scĩ d̃ q̇b⁹ ait dñs ad ꝓphetaz.

Dis sicut vestimento vestieris. ⁊ de hoc dictũ
est. t. p̃cedenti. Aliud autẽ est philateriuz. aliud
philateria. Philateriũ est cartula ĩ q̃ p̃cepta le-
gis scribunṫ: hm̃õi cartulã solebãt pharisei añ
se in signũ religionis portare. vñ in euangelio.
Dilatant philateria sua ⁊c̃. ⁊ sic sumiṫ. xxvj. q. v
nõ oz. ⁊ dr̃ philateriũ a philare q̇ est custodirꝫ
⁊ torat q̇ est lex. Philateria vero est vasculuz
de argeto vel auro vel crystallo vel ebore uel ⁊
hm̃õi: in quo scõꝝ cineres vel reliq̇e recondun
tur. Cũ enĩ elindius fideles cineretios vocaret
ꝓ eo ꝙ cineres ipsos seruabant. contra ei⁹ de-
risionẽ statutũ fuit in ecclesia vt honorifice ⁊ ĩ
p̃ciosis fasciculis seruarenṫ: q̇ nomen est com-
p̃hensum a philare q̇ est seruaꝛ̃ ⁊ teron q̇ ẽ
extremitas: q2 ibi aliq̇d de extremitate scõrum
puta dens vel digitus vel aliq̇d tale seruatur.
Suꝑ altare etiã in q̇buidã ecclesijs colloca-
tur tabernaculũ. de quo sub ti. de altari dictuz
est. In cornib⁹ altaris duo sunt candelabra
cõstituta. ad significandũ gaudiũ duoꝝ ppľoꝝ
de xp̃i natiuitate letantiũ. q̃ candelabra mediã
te cruce faculas ferunt accensas. angelus eniz
inq̇t pastorib⁹. annũcio vobis gaudiũ magnuz
q̇ erit oĩ ppľo: q2 natus est no. ho. sal. mũ. Hic
est verus ysaac q̇ risus interp̃taṫ. Lumẽ autez
candelabri fides est ppľi. Nã ad iudaicũ ppľm
inq̇t ꝓpheta. Surge illuĩare hierusalẽ: q2 venit
lumẽ tu. ⁊ g. d. su. te or. est. Ad ppľm vero genti
lẽ dicit apľs. Eratis aliqñ tenebre. nunc autem
lux in dño. Nã ⁊ in ortu xp̃i noua stella magis
apparuit. s̃m vaticiniũ Balaaz. Orietur inquit
stella ex Jacob ⁊ consurget virga ex israel. De
hoc etiã dictũ est ĩ ti. de altari. Emunctoria
siue forcipes ad emungendũ lichinia. sunt ver
ba diuina quibus litteras legis amputamus ⁊
lucentẽ spiritũ reuelamus. iuxta illud. Vetustis
sima veterꝝ comedetis. ⁊ nouis superuenienti-
bus vetera abiicietis. Vasa in quibus emunc-
ta licinia extinguntur. sunt corda fideliuz: que
obseruantiam legalem ad litteram admittunt.
Rursus forcipes quoꝝ gemino dente compo-
nitur ignis. sunt predicatores qui nos cõsonis
vtriusq; testamenti paginis instruunt ⁊ mori-
bus componentes ad caritatem accedunt.
Scutra vero. i. vasa equalis amplitudinis in fũ
do ⁊ in ore ad calefaciendũ facta. sunt illi do
ctores qui thesauꝝ cordis nõ celant. sed ex eo
proferunt noua ⁊ vetera. Lucernaz quoq; nõ
ponunt sub modio sed suꝑ candelabrum. vt hi
qui sunt in domo domini lumen ⁊ colorez ac
cipiant. s. s Crux quoq; super altare ponẽda
est. ⁊ eam inde tollit baiulus crucis in quo re-
colitur: quia crucem de christi humeris subla-
tã tulit. Symõ cirene⁹ ĩter duo cãdelabra crux
ĩ altari media collocaṫ: qm̃ ĩẽ duos ppľos xp̃s

in ecclesia mediator existit. Ipse enim est lapis
angularis q̇ fecit utraqꝫ unū.ad quez pastores
a iudea. ⁊ magi ab oriente uenerunt. De hoc a
liter dicet̃ in ꝓhemio.iiij.ptis sub ti.de accessu
sacerdotis ad altare. Rursus altar] frōs auri
frisio ornat̃.iux̄ illō exo.xxvj.⁊.xxviij.c. Cōstru
mihi altare.faciesqꝫ illi coronā ꝑ gyꝝ seu circui
tū altā q̄tuor digitis. Nēpe altare qn̄qꝫ signifi
cat cor hōis in quo sacrificiū ꝟe fidei ꝑ cōtriti
onē offerri debet. ⁊ tūc aurifrisiū conceptū bo
ne opatōis significat.quo frontē nr̄am ornare
debemus ut ceteris luceamus. Qn̄qꝫ altare
significat xp̄m. ⁊ tunc ꝑ aurifrisiū ꝯgrue orna/
mentū caritatis designat̃. Sicut eni auꝝ p̄emi
net oib⁹ metallis.sic ⁊ caritas ceter] uirtutib⁹
xcvj.di.duo.vn̄ apl̄s ad corinth. Maior hoꝝ ē
caritas.frontē eni nr̄am sic aurifrisio caritatis
debemus ornare.ut pati simus ꝓ xp̄o aīas po
nere. Uexilla etiā sup altare erigunt̃.ut triū
ph⁹ xp̄i iugiter ī eccl̄ia memoret̃. ꝑ quē ⁊ nos
de inimico triūphare speram⁹. Codex etiaz
euangelicus sup illud adoptat̃.eo ꝙ euāgeliuz
ab ipso.s.xp̄o sit editū. ⁊ ip̄e ꝑhibeat testimōiū
q̇ qr̄ exterius ornet̃ dicet̃ in.iij.pte sub ti.de le
galibus indumentis. Deniqꝫ uasa ⁊ utensi/
lia in domo dn̄i a Moyse ⁊ Salomone origi/
ginē habuerunt.q̄ in ueteri.t.pl̄a ⁊ diuersa fu/
erunt.ꝓut in exo.legit̃. diuersa habentia signi
ficata de q̇b⁹ hic breuitatis cā nō agimus.
Sane oīa q̄ ad ornatuz ꝑtinēt tp̄e q̄dragesime
remoueri uel cōtegi debent.qō fit ꝭm aliquos
in dn̄ica de passiōe:qꝛ extūc diuinitas fuit ab/
sconsa ⁊ uelata in xp̄o.dimisit eni se capi ⁊ fla
gellari ut hō tanq̄ꝫ nō hr̄et in se uirtutē diuini
tatis.vn̄ in euangelio diei h⁹ dr̄. Jhesus autez
abscōdit se ⁊ exiuit de tēplo. Tūc ergo coopiū
tur cruces.i.uirt⁹ sue diuinitatis. Alij hoc faci/
unt a prīa dn̄ica q̄dragesime: qꝛ extunc eccl̄ia
incipit de eius passione agere.vn̄ eo tp̄e crux ꝑ
eccl̄iā nō nisi coopta portari dꝫ. ⁊ ꝭm morem
quorundā locoꝝ duo tm̄ uelamina seu cortine
tunc retinent̃.quoꝝ unū ponit̃ ꝑ circuitū cho
ri.aliud suspendit̃ inter altare ⁊ choꝝ.ne appe
ant q̄ sunt intus scā scōꝝ. Qō sāctuariū ⁊ crux
tūc uelant̃ significat lr̄az legis.i.ei⁹ carnalē ob
ꝭuātiā. siue ꝙ ī ueteri testamēto an̄ xp̄i passio
nē ītelligētia sacꝝ scripturaꝝ uelata opta ⁊ ob
scura erat. Et q̇ tp̄e illo fuerūt ualamē.i.obscu/
rā sciaꝫ an̄ oculos habuerūt. significat etiā rū/
pheā illā q̄ fuit an̄ ianuā padysi. ⁊ qm̄ h⁹ carna
lis obꝭuācia ⁊ obscuritas. ⁊ rūphea in xp̄i pas/
sione sublata sunt. iō cortine uel uelamina h⁹/
mōi in pasceue remouent̃. Sed ⁊ qꝛ etiā in ue
teri.t.fuerūt aīalia ruminancia ⁊ ungulas scin
dencia ut boues arantes.i.scripturaꝝ misteria
discernentes ⁊ sp̄ualiter intelligentes. Jō in q̄

dragesima p⁹ velū ingrediunt̃ sacerdotes pau
ci q̇b⁹ datū est nosce misteriū regni dei. Circa
hoc autē notandū est ꝙ triplex genus veli su/
spendit̃ in ecclesia vꝫ ꝙ sacra opit ꝙ sacrariū a
clero diuidit. ⁊ ꝙ cleꝝ a ppl̄o secernit. Primuz
est nota nr̄e legis. Scōm nota nr̄e indignita/
tis:qꝛ indigni sumus.īmo īpotentes celestia ī/
tueri. Tertiū ē cohertio nostre voluptatis car/
nalis. Primū videlicet cortine q̄ ab vtroqꝫ alta
ris latere extendit̃ sacerdote secretū intrāte. ꝓ
ut in.iiij.pte sub ti.de secreta dicet̃. significatū
est in hoc ꝙ sicut legit̃ exo.xxxiiij. Moyses po
suit velamē sup faciē suā:qꝛ filij israel claritatē
vultus eius substinere nō poterant. ⁊ sicut dic̄
apl̄s hoc velamē adhuc hodie est sup corda iu
deoꝝ. Scōm vꝫ cortina q̄ in q̄dragesima in of
ficio misse an̄ altare extendit̃.significatū est in
hoc ꝙ velū infra tabernaculū erat suspensum:
qō diuidebat scā scōꝝ a scīs. vt dicet̃ in prohe
mio.iiij.ptis.ꝑ qō archa ppl̄o velabatur. ⁊ erat
miro ope contextū. ⁊ pulchra varietate distin/
ctū:qō in passione dn̄i scissum est ⁊ illius exē/
plo hodie cortina varia pulchritudine texunt̃.
de p̄misso velo ⁊ q̄les esse debēt cortine habe/
tur exo.xxvj.⁊.xxxvj.c. Tertiū inde habuit ori/
ginē:qꝛ in primitiua ecclesia ꝑibulus.i.ꝑies qui
circuit choꝝ nō eleuat̃ nisi vsqꝫ ad apodiatōez
qō adhuc ī q̇busdā ecclesijs obseruat̃.qō ideo
fiebat.vt ppl̄s videns cleꝝ psallentē inde bonū
sumeret exēplū. Uerūtn̄ hoc tp̄e q̄i cōiter suspē
dit̃ siue interponit̃ velū aut murus inter clerū
⁊ ppl̄m.ne mutuo se conspicere possint.q̄i ip̄o
facto dicat̃ auerte oculos tuos ne videant va/
nitatē ⁊c̄.in pasceue vero oē tollit̃ veluz: qꝛ in
passione dn̄i velū tēpli scissum est ⁊ ꝑ eā reuela
ta est nobis legis spiritualis intelligentia. q̄ an
tea latebat ut premissum est ⁊ aperta est cele/
stis regni ianua. ⁊ data est nobis fortitudo ut
vinci nisi velimus a carnali concupiscentia ne
queamus. Ueruntamen velum qō diuidt san/
ctuarium a clero retrahitur vel eleuatur in ve/
spera cuiuslibet sabbati quadragesime quādo
officium diei dominice inchoatur.vt cler⁹ pos
sit in sanctuarium intueri:quia dominica reco
lit resurrectionem. Hoc etiam ideo fit in sex di
ebus dominicis:quia nulla fuit etas in q̄ non
fuerit gaudium eternum. Gaudium quidem fi
guratum quod celo velatur:quod per velum il
lud significatur. Inde est ꝙ diebus dominicis
non ieiunamus. ⁊ hoc propter gloriam domi/
nice resurrectionis. Nam prima dominica si/
gnificat gaudium. quod habuerunt primi pa/
rentes in paradyso ante peccatum. Secunda
dominica figurat gaudiuꝫ qud pauci habuer̄t
ī archa noe alijs oib⁹ diluuio submersis.tertia
qō habuer̄t filij isrl̄ alijs sub ioseph fāe afflict]

Quarta ꝙ habuerunt sub Salo. in pace viuen
tes. Quinta ꝙ habuerunt redeuntes de capti-
uitate babilonie. Sexta ꝙ discipuli habuerūt a
resurrectōe vsqȝ ad ascensionē. qm̄ cū eis p̄ntia
liter fuit sponsus. In festiuitatibꝰ etiā. ix. lectio
nū q̄dragesime velū ipȝ eleuat᷑ vel retrahit᷑. Sȝ
hoc nō habet᷑ de p̄maria instōne ecclesie: quia
tunc nullū festū celebrabat᷑ in q̄dragesima so-
lenniter. Sȝ si aliqđ festū occurr̄bat q̄cūqȝ die
occureret in sabbato ⁊ ī dn̄ica de eo cōmemo
ratio fiebat ꝓut in canōe. Martini pape habe
tur. xxxiij. q. iiij. nō oȝ. i. ⁊. c. nō lȝ. Et ī burcardo
li. xiij. ⁊ hoc totū ꝑꝑ tp̄is illius tristiciā. Postea
vsus in ꝯriū obtinuit. vt vȝ festū. ix. lcōnū ī suo
die solenniter celebret᷑ ⁊ nihilominꝰ ieiunet᷑.

Rursus cortine in festiuitatibꝰ extendunt᷑ ī
ecclesiis. ꝓpter ornatū vt ꝑ visibiles ornatꝰ ad
inuisibiles moueamur. q̄ sunt qn̄ȝ variis colori
bꝰ colorate vt p̄missuȝ est. ut ex diuersitate co-
loꝝ ipsoꝝ notet᷑ ꝙ hō q̄ est dei tēplū. ornatꝰ eē
dȝ varietate seu diuersitate v̄tutū. Cortīa alba
significat vite mundiciam rubea caritatem vi-
ridis cōtēplationē. nigra carnis mortificatōeȝ.
liuida tribulationē. Ad hoc sup̱ cortinas cādi-
das suspendunt᷑ qn̄ȝ panni uarii coloris. ad no
tandū ꝙ cor nr̄m purgatū esse dȝ a viciis. ⁊ in
eo debent esse cortie uirtutū ⁊ uarietas bono
rū opeꝝ. Porro in festo natiuitatis dn̄i que
dā ecclesie nullos suspendunt pannos. q̄dā ui-
les. ⁊ q̄dā bonos. q̄ nullos suspendunt nr̄m fi-
gurant ruborē. ⁊ si enī maximū sit nobis gau-
diū de nato saluatore nō tn̄ debemꝰ eē sine ru
bore. ꝓ eo ꝙ tm̄ fuit nr̄m peccatū ꝙ dei filius
seipȝ ꝓpter nos exinaniuit formā serui accipi-
ens. ⁊ ꝓpterea etiā in ipsius obitu nō cū letitia
solennizamus. sed acerrimū ieiuniū facimꝰ: cū
tn̄ in alioꝝ scōꝝ obitu leti solēnizemus ⁊ aliq̄ȝ-
tulū laucius in cibo ⁊ potu nobis indulgeamꝰ
prout ī. vi. pte sub pasceue dicet᷑. Rubor q̄ppe
nobis est ꝙ dn̄s mortuꝰ est ꝓpter peccata no
stra. sancti uero nō ꝓpter peccata nr̄a sed ꝓpt
xp̄m passi sunt. Qui uiles suspendunt figurant
ꝙ dn̄s seruilē induit formā ⁊ ꝙ uilibus pānis
eo die inuolutus fuit. Qui bonos gaudiū de re
ge nato habitu attendunt ⁊ q̄les esse d̄beamꝰ
in receptione tanti hospitis ostendunt. In
q̇busdā ecclesiis altare in pascha p̄ciosis ornāt
palleis ⁊ supponunt᷑ uelamina triū coloꝝ. rube
um subalbū ⁊ nigꝝ. q̄ tria tp̄a designant. Prīa
lectione ⁊ responsorio finitis remouet᷑ uelamē
nigrū qđ tp̄s an̄ legē significat. Scd̄a lectione
⁊ responsorio finitis remouet᷑ subalbū qđ tp̄s
sub lege designat. Tertia finita remouet᷑ rube-
um qđ tp̄s gr̄e significat. ī quo ꝑ xp̄i passioneȝ
ad scā scōꝝ ⁊ ad eternā gl̄iaȝ nobis aditꝰ pȝ.

De pānis v̄o ⁊ uestimētis altaris ī tractatu
de altari dcm̄ ē. In p̄cipuis festiuitatibꝰ the
sauri eccl̄ie ī publicū edunt᷑ ꝑꝑ tria. Prīo ꝑꝑ ꝯ
siderationē cautele ut vȝ appeat q̄ȝ cautꝰ fuerit
ī s̄uādo q̇ illū s̄uare tenet᷑. Scd̄o ꝑꝑ solēnitatꝭ
uenerationē. Tertio ꝑꝑ oblatōis memoriā. vȝ ī
memoriā illoꝝ q̄ p̄us ea eccl̄ie obtulert. Qđ
āt eccl̄ia intꝰ ⁊ nō extra festiue ornat᷑. misteri-
alit᷑ īnuit ꝙ oīs gl̄ia eiꝰ ab intꝰ ē ex̄ ō sac̄ unc.
Licet enī exteriꝰ despicabilis sit ī aīa tn̄ q̄ sedꝭ
dei ē radiat. iux̄ illud. nig̃ sum ſȝ formosa ⁊c̄. ⁊
dn̄s ꝑ ꝓphetā. eteni hr̄ditas. m. p̄cla. ē mihi. ꝓ
pheta etiā cōsiderās h̄ ait. Dn̄e dilexi decoreȝ
domꝰ tue quā sp̄alr̄ fides spes ⁊ caritas exor-
nāt. Eccl̄ia quoqȝ materialis ⁊ etiaȝ sp̄ualis
mūdari oȝ. de quo ī. vi. pte sub ti. de pascha ⁊ d̄
v. feria cene dicet᷑. In nonnullis eccl̄iis oua
strutionū ⁊ hmōi q̄ admirationē inducūt. ⁊ q̄
raro uidēt᷑ cōsueuert suspēdi ut ꝑ h̄ ppl̄s ad ec
cl̄iā trahat᷑ ⁊ magis afficiat᷑. Rursus aiūt q̇daȝ
ꝙ strucio tāq̄ȝ auis obliuiosa derelinq̄t᷑ ī sabu
lo oua sua. demū q̄dā stella uisa recordat᷑ ⁊ re-
dit ad illa aspectu suo fouēs ea. oua g̃ ī eccl̄iis
suspēdūt᷑ ad notādū ꝙ hō ꝑꝑ peccatū a deo d̄
relictꝰ si tādē diuino luīe illustratꝰ recordatus
delictoꝝ suoꝝ penituerit ⁊ ad ipȝ redierit. per a
spectū mīe illiꝰ fouet᷑. ꝑ quē ēt mōȝ dr̄ ī Lu. ꝙ
respexit dn̄s Pe. pꝰq̄ȝ negauit xp̄m. l. di. fideli-
oꝝ. Suspēdūt᷑ ēt ut ī illis unusq̄sqȝ cōtēplet᷑ ꝙ
hō facile deū obliuiscit᷑ nisi ꝑ stellā. i. s. s. gr̄aȝ in
fluētē illustratꝰ ad eū redire ꝑ bona opa r̄cord̄
tur. Sane ī p̄mitiua eccl̄ia sacrificiū fiebat ī
uasis ligneis ⁊ uestibꝰ cōibꝰ. tc̄ ei erāt lignei ca
lices ⁊ aurei sacerdotes. nc̄ v̄o eꝯ ē. Sȝ Zephe-
rinꝰ papa īstituit ꝙ ī uitreis fieret: qꝛ v̄o illa fra
gilia erāt. Jō Urbanꝰ papa ⁊ ēt cōciliū reinen̄.
de cō. di. i. ut calix. ⁊ de cele. mis. c. fi. statuit ꝙ ī
argēteis vel aureis uasis sacrificet᷑. uel ꝑꝑ paup̱
tatē in stanneis q̇ nō erugināt᷑. nō tn̄ ī ligneis
uel ex auricalco. Non ergo oȝ esse de uitro ꝑꝑ
periculū effusionis. non de ligno: qꝛ cuȝ sit po-
rosum ⁊ spongiosum corpus sanguineȝ absor-
beret nō de ere uel de auricalco qm̄ ob uini v̄-
tutē erugitū uel uomitū ꝓuocaret. Et nota ꝙ
calicis nomē a ueteri ⁊ nouo. t. originē traxit.
Hie. xii. calix aureus babilon inebrians omneȝ
terram ⁊ Dauid. Calix in domo dn̄i uini meri
plenus mixto. ⁊ alibi calicem salutaris accipiā
⁊ nomen domini inuocabo. Item in euange-
lio. potestis bibere calicem illam. q. e. bi. sum.
Item accipiens calicem gratias egit. Calix au
tem aureus significat thesauros sapie in chri-
sto absconditos. argenteos mundiciā culpe.
Stanneus innuit sil̄itudinē culpe ⁊ pene. Stā
neū enī est mediū inter argētū ⁊ plumbū ⁊ ca-
ro xp̄i licet nō fuerit plumbum. i. peccatrix: fuit
tn̄ carni sil̄is peccatrici. ⁊ licet nō fuerit argen

tū.i.passibilis ꝓpter suā culpā.fuit tñ passibilis
ꝓpter nostrā culpā:q₂ languores nr̄os ipse tu/
lit ⁊ do.n.ip.p. De calice ⁊ patena dicet̄ sub
ti.de cōsecratōib⁹ ⁊ unctionib⁹. Nēpe si q̄s
tenui religione tentus dicat ꝙ dn̄s p̄cepit mo
ysi ut cuncta uasa tabernaculi in oēs usus ⁊ ce
rimonias ex ere faceret ut legitur exo.xxvij. ⁊.
xxxviij.c. qōꝗ hmōi p̄ciosa uasa ⁊ ornamenta
poterunt uenundari ⁊ dari paupib⁹ filīs est iu
de.⁊ mulieri unguentarie cōtrarius.hoc eni a/
gimus nō ꝙ deū minus uilia ornamenta dele
ctent q̄ȝ aurea. Sed q₂ cū oēs q̄ diligunt deuȝ
libenter offerunt p diuinā latriā suā uincunt a
uariciā. Preterea hec diuīe pietatis officia
moralia sunt ⁊ future glorie significatiua. Un̄
etiaȝ in ueteri lege ex auro ⁊ iacincto purpura
cocco bisticto ⁊ bisso retorta ⁊ alijs p̄ciosis su
p humerale fieri p̄cipit̄.ut q̄ȝta sacerdos uirtu
tū diuersitate clarescer̄ debeat demōstretur.et
altare ⁊ ꝓpiciatoriū ac candelabrū ⁊ alia uasa
⁊ ornamēta altaris ex auro fieri ⁊ argēto exo.
xxv.⁊.xxx.⁊.xxxviij.c. Tabernaculū quoꝗ ex
diuersis p̄ciosis fieri p̄ceptū ē ꝓut dcm̄ est sub
ti.de eccl'ia. Legalis eī pōtifex alijs diuersis p̄/
ciosis utebat̄ ornamentis.ꝓut dicet̄ in.iij.pte
sub ti.de legalibus indumentis. De hoc etiam
sub ti.de ecclesie dedicatōe ꝓpe p̄ncipiū dice/
tur. Porro ꝓhibitū est in cōcilio aurelian̄.e.
d.ad nuptiaꝝ ne diuina misteria p̄stent̄ ad nu
ptiaꝝ ornatū ne īprobor tactu uel pōpa secula
ris luxurie polluant̄ quo nimiꝝ ostendit̄ ꝙ ex
ueste cuiuscūꝗ psone fieri nō dȝ casula.uel ali
q̄s alius sacris misterijs deputandus ornatus.

Stephanus quoꝗ papa statuit.e.d. uestim̄
ta.ne uestimentis ecclesie in alijs usib⁹ q̄s fru/
atur qōꝗ nisi a sacratis hoīb⁹ tangant̄ ne ul/
tio q̄ Balthasar regē babilonie pcussit sup hoc
transgredientes ueniat. Clemens etiā papa sta
tuit.e.d.nemo ne mortui sepeliant̄ vel inuoluā
tur seu operiant̄ uel etiā feretrū cū palla.i.pan
nis altaris aut cū mappa q̄ calix īuoluitur seu
cū qua sacerdos manus post consecrationem
tergit. Qn̄ uero palle.i.corporalia ⁊ uela.i.orna
menta altaris seu cortine sup altare pendētes
sordidate fuerint dyaconi cū ministris humili
bus illa lauent intra sacrarium ⁊ non ex̄. Pro
uelis autē lauandis q̄ ad cultuȝ altaris ptinent
noua peluis habeat̄. Palle uero.i.corporalia ī
alia pelui lauent̄. Uela quoꝗ ianuaꝝ.i.cortine
q̄ extendunt̄ in ecclesijs in festis.⁊.xl.ī alia pel
ui lauent̄. Hic est qō statutū est in concilio y/
lerden̄.de con.di.iiij.omnis. ꝙ ad corporale la
uandū ⁊ ad pallas altaris ꝓpria habeant̄ uasa
foris in quib⁹ nihil aliud lauet̄. Sed sm̄ eūdeȝ
Clementē.e.di.altaria.si altaris palla.i.uestim̄/
ta altaris uel cathedra ī q̄ sedet sacerdos sacris

uestibus indutus uel candelabꝝ uel uelū.i.pan
nus uel cortina sup altare pendens fuerit uetu
state consumpta crement̄.⁊ cineres uel in ba/
ptisterio uel in piete aut in fossis pauimentoꝝ
vn̄ nō fit transitus iactent̄. Et nota ꝙ ecclesia
stica ornamenta benedicunt̄ ut dicet̄ sub ti.d̄
consecrationibus ⁊ unctionibus.

De campanis. Rubrica.

Campane sunt uasa enea in nola ciuitate cā/
panie primo inuenta. Maio/
ra itaꝗ uasa cāpane a campa
nia regione. minora uero no/
le a nola ciuitate dicunt̄. Pulsat̄ autē ⁊ bn̄
dicit̄ cāpana ut p illius tactū ⁊ sonitū fideles ī
uicē inuitentur ad p̄miū ⁊ crescat in eis deuo
tio fidei.fruges.mentes.⁊ corpora credentiū s̄
uent̄.ꝓcul pellant̄ hostiles exercitus.⁊ oēs in
sidie inimici.fragor.⁊ grandinuȝ ꝓcella.tur/
binū īpet⁹.tēpestatū ⁊ fulguꝝ tēperent̄. Infe/
staꝗ tonitrua ⁊ uētoꝝ flamīa suspēdat̄ sp̄s ꝓ/
cellaꝝ.⁊ aere ptātes ꝓsternāt̄.⁊ ut hoc audiē/
tes cōfugiāt ad scē m̄ris eccl'ie gremiū an̄ san/
cte crucis uexillū cui flectit̄ oē genu ⁊c̄.sicut h̄
singula ī bn̄dictōib⁹ cāpane habēt̄. Sciēdū
āt ē ꝙ cāpane q̄ꝝ sonoritate cōueīt ppl's ad ec
cl'iā ad audiēdū.⁊ cler⁹ ad ānūciādū.mane mi
sicordiā dn̄i.⁊ v̄itatē ei⁹ p noctē ex̄ de homi.
Jo.i.di.ius militare. significāt tubas argēteas
q̄b⁹ ī ueteri lege ppl's ad sacrificāduȝ accercie/
bat̄.de q̄b⁹ dicet̄ ī.vj.pte sub pēth. quēadmōȝ
eī uigiles ī castris tubis.sic ⁊ eccl'iaꝝ mīstri cā
panaꝝ sonitu se excitāt.ut ꝯ insidiātē dyabolū
pnoctēt.signa igr̄ nr̄a enea sonoriora s̄t tubis
ueteris legis:q₂ tc̄ not⁹ erat de⁹ ī iudea tm̄. nc̄
v̄o ī oī terra. Sūt ēt durabiliora.significāt enī
p̄dicatōeȝ noui.t.for̄ āpli⁹ duraturā tubis ⁊ sa
crificijs ueteris legis:q₂ usȝ ad mūdi finē. Siꝗ/
dē cāpane p̄dicatores significāt q̄ fideles ad si
militudinē cāpane ad fidē uocare debēt qō si
gnificatū ē ī eo ꝙ dn̄s p̄cepit moysi ut faceret
uestē sūmo pōtifici habētē.lxxij.tintinabula q̄
sonarēt cū pōtifex ī scā scōꝝ īgrederet̄.xliij.di.
sit rector. Ip̄ȝ g̊ uas os p̄dicatoris d̄signat.iux̄
illud apl'i. Pact⁹ sū uelut es sonās siue cymba
lū tīniēs. Duricia metalli fortitudinē desiḡt in
mēte p̄dicatoris.vn̄ dn̄s dedi frōtē tuā durio/
rē frōtib⁹ eoꝝ. Plectrū seu ferꝝ qō interius ex
utraꝗ parte feriens sonuȝ reddit doctoris lin
guā q̄ scīa ornat̄ ⁊ que utrunꝗ testamentum
resonare facit figurat. Prelatus ergo absꝗ sci
entia p̄dicatōis erit q̄si cāpana sine plectro.iux̄
illud Gre. Sacerdos si p̄dicatōis est inscius q̄ȝ

clamoris vocē daturus est: pco mutus. est ete/
nim q̄i canis mutus latrare nō valens. Ipa vo
pcussio denotat qꝫ p̄dicator pmū debet p cor/
rectionē in se vicia ferire. ⁊ postmōꝫ ad aliena
exprobanda accedere. ne contra doctrinā apo
stoli alijs p̄dicās ipse reprobus inueniatᷣ. iij. q.
vij. qꝫ testatur. vnde p̄s. Peccatori autē dicit
deus. quare tu enarras iusticias meas ⁊ assu/
mis. t. meū p os tuū. Sue nāqꝫ passionis exem
plo plerūqꝫ accendit. quos eruditione sermōis
mouere nequit. vij. q. i. §. qꝫ vero. Vinculū vero
quo plectrū vasi coniungitᷣ seu ligatᷣ. est mode
ratio qua lingua temperatᷣ q̄ ad tractū corꝺ. i.
ad auctoritatē scripture linguā mouet p̄dicato
ris. lignū in quo cāpana pēdet. lignū dn̄ice cru
cis signat. qꝫ ideo qn̄qꝫ a supioribus contine/
tur: quia crux ab antiquis patribꝰ nunciatur.
Instrumenta quibus ipsum lignū allegatū seu
affixū est. oracula sunt pphetaꝝ. Ligatura ve/
ro ferrea qua campana ligno coniungitᷣ. cari/
tatē denotat p quā p̄dicator indissolubilitᷣ cru
ci affixus gloriatᷣ. d. Mihi absit gloriari nisi in
c. d. n. Cauilla ligno affixa qua mediante cam/
pana pulsatᷣ. rectā p̄dicatoris mentē significat
qua diuinis mandatis inherens illa fideliū au
ribus p frequentē pulsationem inculcat. funis
autē ab illa pendens qua campana pulsatᷣ. est
humilitas seu vita p̄dicatoris. funis etiā ipa vi
te nostre mensurā ostendit. Ad hec cū funis i/
itiū habeat a ligno in quo campana pēdet per
qꝫ crux dn̄ica intelligitur. recte sacramēta scri
pturā a ligno scē crucis descendentē ꝯsignat.
sicut etiā funis ex tribus est funiculis. ita ⁊ scri
ptura ex trinitate consistit. s. ex historia. ex alle
goria. ⁊ ex moralitate. funis ergo descendēs a
ligno in manu sacerdotis est scriptura a miste
rio crucis descendens in ore p̄dicatoris. Rur/
Poſt lectā epiſtolam ſubdiaconus cū accolito ad ſacerdotem accedit illud inſinuans ꝙ Johannes cū audiſſet in vinculis opera chriſti miſit duos ex diſcipulis ſuis non credentes chriſtū eſſe Meſſiam: vt interrogarent illum. Tu es qui venturus es an aliū expectamus. Et reſpondens ieſus ait illis. Eūtes annūciate iohanni q̃ vidiſtis ⁊ audiſtis. Ceci vident ⁊c. vt dicet̄ ī ſexta p̄te ſub tertia dominica aduent⁹. Quia v̄o illi per viſa miracula cognouerūt hūc eſſe de quo eoꝝ magiſter p̄dixerat. Qui poſt me venit ante me fact⁹ eſt cuius non ſum dign⁹ ſoluere calciamenta ſua. ideo pron⁹ ad pedes calciamentū romani pontificis ſubdiacon⁹ oſculat̄. q̄a dextra domini fecit virtutem. ideo ſubdiacon⁹ in q̇buſdam eccleſiis oſculat̄ dextraz ſacerdotis. Ad hec lecta epiſtola ſubdiacon⁹ libꝝ clauſū epiſcopo repreſentat. ip̄e v̄o ſuper illū manū ponit quaz ſubdiacon⁹ oſculat̄. Nempe epiſcopus chriſtū figurat cui clauſus liber repreſentat̄ ad deſignandū ꝙ ſolus chriſt⁹ potuit apertre libꝝ ⁊ ſoluere ſiguacula eius. in quo ⁊ ipſe chriſt⁹ ⁊ eius myſteria clauſa erant' donec cepit ab ip̄o chriſto per predicationem euāgelij aperiri. chriſt⁹ autem legem in qua clauſus tenebat̄ opere impleuit. q̇ non venit legem ſoluere ſed adimplere qđ ſignificat man⁹ impoſitio ſuper libꝝ. manus enim op⁹ ſignificat. Ipſa quoq̃ manus poſitio ſignificat deſideriū ⁊ ꝓmiſſionem credendi ⁊ opere complendi q̃ lecta ſūt. Quia vero nemo accipit benedictionem in lege ꝓmiſſam niſi q̇ cū amore qui per oſculū deſignatur opere perficit qđ ſermone alios facere docet. ideo ad hoc deſignandū ſubdiacon⁹ benedictionem acceptur⁹ manū epiſcopi oſculat̄. Rurſus q̄a pontifex vt premiſſū eſt chriſtū rep̄ſentat. Subdiacon⁹ ⁊ ceteri debent ei actus ſuos humiliter ſubdere ⁊ ab ipſo benedictionis gratiam poſtulare. Unde in euangelio. Cum oīa benefeceritis dicite ſerui inutiles ſum⁹ qđ debuimus facere fecimus. ⁊ ſubſequenter epiſcopus vel ſacerdos ſubdiacono benedicit quia ⁊ chriſtus commendauit Johannem di. Quid exiſtis videre in deſerto ꝓphetam etiam dico vobis pluſ q̃ ꝓpheta. Amen dico vobis. Inter natos mulierum ⁊c. Subdiaconus ergo p⁹ finem. diaconus vero ante principium lectionis ad ſacerdotem accedit ⁊ exhibet reuerentiam. quia lex finem accepit in chriſto. Sed euangelium originem ſumpſit ab ipſo. nam lex ⁊ prophete vſq̃ ad Johannem euangelium chriſti ⁊ epiſtole poſt Johannem. In miſſa vero ꝓ defunctis ſubdiaconus lecta epiſtola non venit ad oſculum manus. tum quia ibi ceſſit ratio ſupradicta. tum quia in illa miſſa quelibet ſolennitates ſubtrahunt̄.

De ſeſſione ſacerdotis vel epiſcopi ⁊ miniſtrorum.

Ratione finita ſacerdos ſeu epiſcop[us] ſedet. Et eſt notandum ꝙ in miſſe officio tribus horis ſedet. videlicet dum epiſtola legitur. de quo in titulo de mutatione ſacerdotis dicetur. ⁊ dum reſponſorium ⁊ alleluia cantatur ſignificans tres dies quibus dominus ſedit hieroſolimis in templo in medio doctorum audiens ⁊ interrogans illos. Sedēſ autem ſtat conuerſus ad populum vt oſtēdat poteſtatem ſibi a deo eſſe datam ꝙ poſſit ſpeculari et ſuperintendere que ſtant ī eccleſia humiliter que ſuperbe. anime enim ei commiſſe ſunt. ⁊ de illis eſt rationem redditurus deo. Sedet etiam in loco eminentiori vt quaſi vinitor cuſtodiat vineam ſuam ⁊ populo ſuperintendat. nam dominus in alta polorum ſedens cuſtodit ciuitatem ſuam. Porro oratio que dicitur ante epiſtolam p̄uſq̃ ſacerdos ſedeat

specialiter significat tempus illud quo christꝰ in celum ascensurus apostolis benedixit. Sessio vero que sequitur significat christi sessionem post ascensionem ad dextram patris. Unñ sessio sacerdotis victoriam christi designat. vt dicetur sub titulo de mutatione sacerdotis. Sessio ministrorum significat sessionem ipsorum quibꝰ dicitur. Sedebitis vos super sedes iudicantes duodecim tribus israhel scilicet illos qui in celestibus iam regnant. Qui vero in choro laborant illos qui adhuc in mundo peregrinantur. Unde lectores ⁊ cantores ad officium surgentes negocium dei agunt. quibꝰ dicitur. negociamini dum venio. Quidam ergo ministrorum cum episcopo sedent: per quos christi membra in pace iam quiescentia intelliguntur. de quibus apostolus. Consedere fecit nos in celestibus in christo. aut illi qui iudicabunt duodecim tribus israhel. Alij vero stãt per quos christi membra adhuc in certamine posita intelliguntur. Nempe pontifice sedente in quibusdam ecclesiis candelabra mutant̃ de locis suis ⁊ collocantur in ordinem vniꝰ linee a primo vsqꝫ ad altare ad notandum ꝙ de plenitudine christi omnes accepimus in spũs vnitate. sed gratiarum varietate. diuisiones enim sunt gratiarum: idem autem spiritus. de conse. dis. iiii. cum omni. Spiritus enim a primo cereostato seu candelabro idest a christo ꝓcedens ⁊ vsqꝫ ad altare idest electorum corda perueniens. Alternatim in membris dona variat gratiarum. Et memento ꝙ acceliti deponunt candelabra in terram. quoniam post peracta predicationis officia per humilitatem agnoscunt ꝙ sunt puluis ⁊ cinis sicut dixit Abraham. Loquar domino cum sim puluis ⁊ cinis. In romano ordinario legitur vt pontifex non sedeat donec post primam orationem dicat̃ amen Non ergo debet sedere vsqꝫ ad lectionez quoniam precedens officium gratulationi de aduentu ⁊ operibus christi deputatur. Episcopus enim christum venientem ⁊ operantem significat. Ceteri vero eos qui preibant ⁊ q̇ seq̃bãtur ⁊ q̇ obuiabant repñsentant.

De graduali. Rubrica.

Post epistolam cantatur graduale seu responsorium quod pertinet ad opera actiue vite vt notetur nos operibꝰ respondere eis que in lectione audiuimus scilicet predicationem. Rursus ꝙ Johannes p̃dicabat penitentiam dicens. Penitentiaz agite. appropinquabit enim regnum celorum. Et iterum. Facite dignos fructus penitẽtie. Merito post epistolam graduale sequitur quod penitentie lamentum insinuat. propter quod in diebus penthecostes de officio tollitur vt iam dicetur. Tertio ideo post epistolam sequit̃ graduale. quia post predicationem iohannis discipuli secuti sunt christum: sicut Johãnes euãgelista describit. Astabat inquit iohannes ⁊ ex discipulis eius. ⁊ respiciens iesum ambulantez dixit. Ecce agnus dei. ⁊ audierunt duo discipuli eum loquentem. ⁊ secuti sunt iohannem.

Ad hoc cantus epistolam comitatur. quia predicationes predicatorum secuta sunt gaudium ecclesie in dei laudes ⁊ preconia ꝺ credẽtium conuersione. quia per graduale cõuersio de iudeis. per versum conuersio ꝺ gentibus. ꝑ alleluia vtriusqꝫ in fide leticia. per sequentiam canticum victorie figuratur. Alia ratio ponetur sub titulo de tractu. In quibusdam tam̃ ecclesiis graduale ante epistolam cantatur. ad notandum ꝙ predicator prius opere ⁊ postea verbo debet docere. Dicitur autez graduale vl' gradale a gradibus scilicet humilitatis significans ascensus nostros de virtute in virtutem. sicut filii isrrhel de mansione in mansionem processerunt vt tandem videatur deus deorũ in syon. Unde ĩ deutromio. Terra nostra mõtuosa est. hec terra est celestis hierusalem que peregrinationem celestium habetur: conuenit enim graduale illi qui nec dum ascendit ꝺ virtute in virtutẽ. sed adhuc in conualle positꝰ lachrymarum. iam tamen ascensiones in corde disposuit. Rectius ergo faciunt qui graduale non festiuis ⁊ modulatis vocibus offerũt sed quasi cantum grauem ⁊ asperum simplicit̃ potius ⁊ lamentabiliter canunt. tamen responsorium per quod etiam predicatio noui testamẽti figuratur altius lectionem. ⁊ epistola que significat predicationem veteris testamenti canitur. vt si quis forte cordis auribus obturatis depressa ammonitione veteris testamenti nõ excitatur saltem excelsa moulatione noui demulceatur. Uerũtamen ⁊ lector ⁊ cantor officium suum impleturi ⁊ graduz ascendũt. quia doctor perfectione vite vulgus trãscendere debet. iiii. dis. statuimus. Potest etiam dici ꝙ ꝑ epistolã iohannis: per graduale apostolorũ p̃dicatio intelligitur. per alleluia deuotio ⁊ leticia. Rursus per lectionem vetus. per cantũ vero nouum intelligitur testamentum. Sic ergo cantus suauior est lectione: sicut nouum testamentum suauius est veteri. Secundo dicitur graduale a gradibus altaris. eo ꝙ ĩ festiuis diebus in gradibus cantatur. sic ⁊ alleluia cãtat̃

ad notandum premissos virtutum gradus. In profestis vero diebus in medio chori ante gradus altaris cantatur. ad significādum ꝙ ī corde quod est in medio corporis p̄missos gradꝰ fundare debemus. Tertio dicitur graduale quoniam apostoli post dominum gradiebantur. vt iam dicetur. Responsorium vero dicitur. quia versui vel epistole correspondere debet. vt si in epistola agatur de gaudio ⁊ in responsorio similiter. si ibi de tristicia ⁊ hic similiter ne possit nobis improperari quod dominꝰ dicit. Cantauimus vobis ⁊ non saltastis: lamētauimus ⁊ non plorastis. Unde apostolꝰ. Gaudete cum gaudentibus ⁊ flere cum flentibus. Dicitur etiam responsorium. quia choro respōdente illud incipientibus cantatur. propter q̄d significat vitam actiuam in qua sancti se ad inuicem hortantur vt ad eternam perueniant vitam. Potest tamen responsorium ad responsionem apostolorum referri. quoniaꝫ christo vocante ⁊ dicente. Uenite post me. ipsi non tantum verbo sed opere responderunt. quia relictis omnibus secuti sunt eum. ⁊ gradiebanť pꝰ dominum discipuli post magistrum. de hoc dicetur in prohemio quinte partis. Significat autem graduale seu responsorium laborantes in hac vita. ⁊ ideo non dicitur infra octauas pasce ⁊ penthecosten per quas octaue nostre resurrectionis designantur quando omnis laboris expertes erimus. Absterget deus omneꝫ lachrymam ab oculis sanctorum suorū. Itaqꝫ in graduale seminamus. in alleluia metemus. Uersus r̄n̄sorii sic vocať q̄m̄ de eo fit reuersio ad ipsum responsorium. prout sub titulo de alleluia dicetur. Rursus graduale bonū opus ⁊ vitam presentem in qua seminamus ⁊ a domino peregrinamur significat: versus vero adiutorium designat. versus ergo post graduale canitur. quia adiutorium nobis est necessariū q̄diu in hoc ergastulo detinemur. Graduale plane incipitur ne nimis versus ascendant. in quo designantur qui religionem ꝓpter eiꝰ austeritatem ingredi metuūt. versus vero alte. in quo designantur qui ieiunando orando ⁊ alia bona faciendo ascendunt non timentes carnem quam cum viciis ⁊ concupiscentiis mortificant. Ad hec quandoqꝫ vnum solum versū cantant ad monendū ꝙ quisqꝫ secū fragilitatē suam tractet. ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ gradum timore versus alte non inchoetur. In quo etiam significantur hi qui consideratione proprie fragilitatis quicquid agunt humilius agunt. finito tamen versu vox fiducialiter exaltatur in quo designať ꝙ de misericordia dei confisi fiducialiter omni sue actioni insistunt. Cantatur autem graduale a perfectis. ꝓut in titulo sequenti diceť.

Porro responsorium quod in missa cantatur nec perfecte nec imperfecte repetitur. nec enim gloria patri subiicitur. quod tamen in responsorio aliarum fit horarum. Circa quod attendendum est ꝙ alie canonice hore institute sunt ad referendum deo laudes pro diuersis beneficiis in illis horis ab eo receptis. hinc est ꝙ lectio in illis primo dicitur in qua beneficiū vel pars eius in illa hora datum designatur. Postea cantatur responsorium ī quo laus beneficio correspondet. quia ergo laus repeti debet. Juxta illud apostoli. Gaudete in domino: iterum dico gaudete idest laudem deo dicite. ideo huiusmodi responsorium repetitur. sed et quia quis benefactori suo tenetur. deo vero nihil aliud possumus nisi gloriam ⁊ honorem offerre. ideo in fine responsorij ⁊ cuiuscunqꝫ nocturni nisi ī lectionibus aliq̄d beneficium totū vel pars eius est repetitum referimus gloriam ⁊ gratiam trinitati. Responsorium auteꝫ quod in missa cantatur gratiam designat vt premissum est. Responsionem apostolorum christo eos vocante omnia relinquentium. quia ergo illi nihil retinuerunt pro quo iterum eos vocari oporteret. ideo responsorium illud nullo modo repetitur. licet nec cum gloria patri finitur. quia non ad gloriam sed ad luctum vocati sūt dicente domino in Luca. Sicut misit me paťr ⁊ ego mitto vos. Et nota ꝙ gregoriꝰ. ambrosius ⁊ gelasius composuerūt gradualia tractꝰ ⁊ alleluia. ⁊ ad missam ea cātare statuerūt. Ceterum quandoqꝫ solum responsorium cantať in missa. quandoqꝫ solum alleluia. quandoqꝫ responsorium cum alleluia. q̄ndoqꝫ cū tractu. quandoqꝫ alleluia cum tractu. de quo dicetur in sexta parte sub titulo de septem diebus post pasca.

De alleluia. Rubrica.

Uia post luctū sequitur consolatio. Nam beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. ideo post graduale cātatur alleluia quod est leticie cātícum ⁊ auditum ab angelis decantari. sicut legitur in Apocalysi. Rursus quia ascensus de virtute in virtutem quos per graduale diximus significari sepe tediosi essent: nisi gaudium haberent admixtum. sicut filiis israhel multa inconuenientia acciderunt quando de mansione in mansionem processerunt. ideo post graduale cantatur alleluia. Thobie.

penulti. Platee tue sternentur auro mundo ⁊
candido ⁊ in vicis eius cantabitur alleluia.
Est autem alleluia laus angelica: sententia q̇
dem breuis magnum continens iubilum siue
incitans ad iubilum. Jubilat enim ecclesia sci
ens quot grandis restat vita vsqꝫ ad montem
dei oreb quod interpretatur mensa timens ꝙ
fideles obdormiant in fide ⁊ faciant vitulū cō
flatilem idest lasciuiant in temporalibus. Et ē
alleluia hebraicum nomen vocabulum siq̇dem
significans potius q̄ꝫ exprimens ineffabile gau
dium ab hac vita peregrinantium gaudiuꝫ vi-
delicet angelorum ⁊ hominū in eterna felicita
te letantium. quod nec oculus vidit nec auris
audiuit nec in cor hominis ascendit. Cuiꝰ ver
bi expositio ſm Innocentium. iii. ex centesimo
duodecimo psalmo haberet̃ cui cum alleluia p̄
mittatur in titulo statim psalmus exponendo
titulum incipit. Laudate pueri dominum. vn
de ſm eum alleluia interpretatur Laudate pu
eri dominum. Augustinus vero sic exponit al.
idest saluum. le idest me. lu idest fac. ia idest do
mine. Hieronimus sic. alle idest cātate. lu idest
laudem. ia idest ad dominū. Gregorius sic. alle
pater. lu filius. ia spiritus sanctus. vel alle idest
lux. lu idest vita. ia idest salus. Magister petrꝰ
antiosiodoreñ. sic. al idest altissimus. le idest le
uatus est in cruce. lu idest lugebant apostoli. ia
idest iam surrexit. Petrꝰ mādücator dixit sup
apoca. ⁊ Augustinus in glosa psalterii ꝙ allelu
ia est verbum īperatiui modi. ⁊ sonat allelu id
est laudate. ia idest vuiuersalem. vel ia idest īui
sibilem scilicet deum quasi laus inuisibilis dei.
⁊ quoniam alleluia future beatitudinis quasi
ꝓprium est vocabulū. merito magis eo tempo
re idest pascali freq̄ntat quo christus resurgēs
eiusdem beatitudinis spem nobis tribuit et ꝓ
missum. ꝓut ibi dicetur. Quod enim aliis tēpo
ribus caneretur ad missam olim ecclesie roma
ne consuetudo non erat. sed a beato gregorio
constitutum immo potius restitutum est. Nā
cum prius tempore Damasi pape fuisset eadeꝫ
consuetudo defecerat. Hieronimus dicit ꝙ al
leluia dicatur in missa tractum esse de ecclesia
hierosolimoꝝ. Canimus igit̃ alleluia post gra-
duale canticum videlicet leticie post luctuꝫ pe
nitentie summo opere nitentes exprimere ma
gnitudinem consolationis que reposita ē lugē
tibus. iuxta illud. Beati qui lugent quoniā ipi
consolabuntur. Jubilantes potius q̄ꝫ canētes
vnamqꝫ breuem digni sermonis syllabā i plu-
res neumas ꝓtrahimꝰ vt iocundo auditu mēs
attonita repleatur ⁊ rapiatur illuc vbi semper
erit vita sine morte ⁊ dies sine nocte. Est enim
alleluia modi cum in sermone ⁊ multum i neu
ma. quia gaudium illud maius est q̄ꝫ possit ex-
plicari sermone. neuma enim seu iubilus q̇ fit ī
fine exprimit gaudium ⁊ amorem credentium
⁊ quanta leticia ⁊ laus secuta sit per fidem p̄di
catione audita. iuxta illud. Audiuit ⁊ letata est
sion ⁊c̃. ⁊ in cāticis. Exultabimus ⁊ letabimur
in te. Quid sit neuma dicetur in ꝓhemio quin
te partis. Quando autem dicitur sequentia nō
dicitur neuma post alleluia. ꝓut sub titulo de
sequentia dicetur. Potest etiam alleluia referri
ad exultationem eorum qui de miraculis chri
sti gaudebant: laudantes dominū ⁊ dicentes.
Quia vidimus hodie mirabilia ⁊ quia visitauit
dominus plebem suam. tūc enim cantabitur ī
iubilo alleluia. quia omnis plebs vt vidit dedit
laudem deo ⁊ gaudebat de vniuersis que glo-
riose fiebant ab eo. Hinc est ꝙ a septuagesima
vsqꝫ ad pasca non cantat̃ alleluia. quia tempo
re tristicie non debet decantari carmen leticie
ꝓut ibi in ꝓhemio sexte partis dicetur. Por
ro ꝙ alleluia interposito versu repetit̃ ⁊ sic bis
in missa dicitur designat eterne vite gaudium
⁊ ꝙ interiecta leticia sancti geminaꝫ glorifica-
tionis stolam accipient anime videlicet ⁊ cor-
poris. Nam ſm stolam mentis seu anime exul
tabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibꝰ
suis. ſm stolam carnis. fulgebunt ⁊ tanq̄ꝫ scin
tille in arun. d. de hoc dicetur i sexta parte sub
sabbato in albis. Versus ergo nihil sinistꝝ aut
triste sed totum iocundum ⁊ dulce debet sona
re quales sunt illi. Dominus regnauit decorem
indutus est. Dominꝰ regnauit exultet terra ⁊c̃.
Jubilate deo omnis terra ⁊c̃. Justus vt palma
florebit ⁊c̃. quoniam absterget deus omnem
lachrimam ab oculis sanctorum ⁊ iam nō erit
luctus neqꝫ t. q. p. t. Versus quoqꝫ dicitur a re
uertendo eo ꝙ per eum reuertimur ad alleluia
qui post alleluia sequitur quia significat opera
tionem que laudi coniungi debet. quia nō be
ne deum laudat qui bene operari cessat. Per
hoc vero ꝙ alleluia cum neuma repetitur laus
⁊ gaudium ineffabile patrie significatur. In
nonnullis ecclesiis alleluia cantatur a pueris.
graduale a magnis. vt notetur ꝙ ex ore infan-
tiū deꝰ ꝑfecit laudē. ⁊ psalmista. Laudate pue
ri dominum. cuius psalmi titulus est alleluia.
Illi enim qui pueri sunt laudi christi conueni
unt. fortes vero in fide ⁊ in tolerando aduersa
que pugnare possunt contra amalechitas gra
duale debent cantare. Circa hoc notanduꝫ
est ꝙ cantorum alii sunt qui in choro cantus
voce magna distribuūt. hi sunt rectores eccle-
sie qui deum laudant ⁊ alios verbo ⁊ exemplo
ad laudandum īuitant. Alii sunt pueri qui gra
duale i gradibus cantāt. hi sunt actiue d̄ v̄tute
i v̄tutē i caritatis gradibus ascēdētes q̇ dū gra
duale īchoant alios ad cōpunctionē inuitant

Dum versum concinunt ad se redeuntes suas
cogitationes accedunt. ⁊ dum illum finiunt se
bonum certamen certasse ⁊ cursum insinuant
consūmasse. Alii sunt perfecti viri qui i aliis ec
clesiis alleluia vel tractus in pulpitis cōcinnūt
Hi sunt contemplatiui carnem affligētes ⁊ mē
tem excedentes quoꝝ conuersatio est in celis.
non est hic hominum sed angeloꝝ. Senten
tiam vero non illi soli decātant sed chori com
muniter iubilant. quoniam iubilus eternus et
ineffabilis angelis erit communis ⁊ hominibꝰ
Deberet etiam alleluia in gradibus ⁊ versus o
rientem decantari. ⁊ quoniam vitam contem
platiuam significat debet legi in altiori loco ꝙ̄
responsorium quod actiuam designat. Rur
sus in quibusdam ecclesiis cantans alleluia su
mit aliquid in manu vt insinuet se deum non
solum voce sed opere collaudare seu manꝰ du
cit. iuxta psalmistam. Omnes gentes plaudite
manibus iubilate. In plerisqꝫ etiam ecclesiis
alleluia de trinitate cantant i dominicis diebꝰ
scilicet. Benedictus. vel qualis pater. vt fidem
hilariter ꝓfitentes ad spem perueniant. Et
attende ꝙ alleluia dominicalia a penthecostē
vsqꝫ ad aduentum sepe omittimꝰ quoniam ali
ter ⁊ aliter in aliis ⁊ i aliis gradualibus dispo
ponuntur. Ea igitur diligens cantor attendat
⁊ diligenter vniuersitatibus officioꝝ assignet.

De tractu. Rubrica.

Dominica sep

tuagesime vsqꝫ ad vigiliam pasce
scilicet in diebus ⁊ officiis luctꝰ
quia tunc nō canitur carmen le-
ticie loco alleluia quod significat exultationē
habitam de spe eternoꝝ. dicūtur tractus ex in
stitutione Thelesphori pape. dicitur autē trac
tus a trahendo. quia tractim ⁊ cum asperitate
vocum ⁊ ꝓlixitate verboꝝ canitur eo ꝙ miseri
am ⁊ laborem p̄sentis icolatus insinuāt. ū quo
psalmista. Heu mihi q̄a icolatus meꝰ ꝓlō. ē. ⁊c̄
In tractibus enim representatur longa sanc-
torum patrum expectatio ⁊ iudeoꝝ captiuorū
meror ⁊ afflictio qui tempore babylonice cap
ptiuitatis sedentes super flumina babylonis. ⁊
flentes in salicibus sua organa suspenderunt.
quod tēpus ecclesia rep̄sentat a septuagesima:
cantica leticie subticendo ⁊ tractus dicendo.
Tantum autem interest inter alleluia ⁊ tractū
quantum inter leticiam ⁊ tribulationem. Itē
tantum est inter responsorium cui omnes res
pondent ⁊ tractum cui nemo quantum inter
actiuam ⁊ contemplatiuam vitam. Est aūt tra
ctus medius inter responsorium ⁊ alleluia. vt
dicetur in sexta parte sub titulo de septem die
bus post pasca. Porro tractus quia gemitū
⁊ canticum lachrymabile exprimit lachrymas
sanctoꝝ siue in actiua siue in cōtemplatiua vi
ta rep̄sentat. Unde tractus dicitur quasi sanc
ti suspirantes ab imo pectoris gemitum trahūt
quia licet spe gaudeant vt monet alleluia. tamē
hic in valle lachrymarum commorātes habēt
irriguum superius ⁊ inferius quod tractꝰ my
sticat. gemit enim flebiliter ꝓ dilectione supne
beatitudinis. ⁊ super flumina babilonis seden
tes patrie sue memores. Item lachrimas fūdūt
ꝓ suis ⁊ aliorum excessibus dum ex vicinitate
babilonici fluuii seipsos vident sepe aspersos.
⁊ alios penitus immersos ipsius fluuij rapidita
te ferri deorsum. Sed quia hic ploratus quan
doqꝫ est respectu supni gaudii. quādoqꝫ respe
ctu nostre miserie. ideo tractus similiter quan
doqꝫ est de leticia ꝓ superiori irriguo vt de ꝓ
fundis ⁊ aliis huiusmōi. De vtroqꝫ irriguo tra
ctat Gregorius i libro tertio dialogoꝝ. c. xxxiiii
Et est aduertendum quia post duos tractꝰ tri
bulationis sequitur tractus leticie. ꝓut sub do
minica septuagesime ⁊ dominicis sequētibus
videri potest. ⁊ hoc ideo. quia post duos dies
sepulture dominj occurrit tertius resurrectiōis
Rursus quia gaudium sanctoꝝ non est hic
plenum ⁊ continum sed sepe interrumpitꝰ. idō
ecclesia qnandoqꝫ interponit tractum. vt in tē
pore septuagesimali. ⁊ cum in sabbato pascali
post alleluia sequitur tractus. quia hoc gaudiū
non expedit sine fletu. in sabbato tamen in al
bis duplicatur alleluia quia in eterna vita per
fectum erit gaudium glorificata carne cuꝫ ani
ma. ⁊ cōpleta resurrectione sanctoꝝ cum resur
rectione xp̄i. Sane i dominrca septuagesime
vsqꝫ ad quartā feriam cinerū dicuntur tractus
solū in dominicis diebꝰ eo ꝙ populꝰ tūc meliꝰ
cōuenit in ecclesia qui idiget edoceri qualiter
captiuitatem diabolicam per babilonicam sig
nificatam debet deplorare. Tractus enim tem
pus babilonice captiuitatis rep̄sentāt. sed post
dictā feriam que est caput ieiuniorum magis
frequentantur. quia tūc magis est tēpus mero
ris ⁊ afflictionis. vtpote ordinatū ad excutien
dū iugum diabolice captiuitatis ꝑ merorē con
tritionis ⁊ humilitatem confessionis atqꝫ aspe
ritatem satisfactionis que p̄cipue in ieiunio vi
gent. Sed ⁊ licet dominica dies resurrectionē
figuret. tamē in dn̄icis septuagesime cantica le
ticie subticentur ⁊ tractus dicūtur. quia iudei
toto septuagenario babilonice captiuitatis cō
tinue afflicti fuerunt. ⁊ nos in istius vite sep
tuagenario que per septenarium. ⁊ per con-
sequens per septuagenarium ducitur con-
tinue dolores et miserias experimur: donec

donec ad octauā vere ⁊ pfecte ⁊ non figurate resurrectionis p christi misericordiā veniam⁹.
Postremo considerandū est q versus seqn tiarū bini ⁊ bini p rithmos sub partibus sylla/ bis componūtur quod in versibus tractuū nō reperitur. quia ex sacra scriptura vt plurimū su mūtur. ideoqꝫ nequeūt combinari. Rursus ille sub cantu combinantur ad notandū q ex/ ultatio vere caritatis in vno deo perficit. seque tia enim exultationem. combinatio caritatem designat. versus vero tractatuū qa merorem si gnificant singulariter decantātur. Juxta illud psalmi. Singulariter sum donec ego transeam Hiere. xi. q. i. quando. Solus sedebam qa ama ritudine plen⁹ eram. Non est etiam omitte dum q licet regulariter graduale vel alleluia i/ mediate sequatur epistolam. ne nos musicus il le reprehendat dicens. Cantauimus ⁊ non sal tastis. lamentauimus ⁊ nō planxistis. Alle luia enim cantatur p saltatione. graduale p planc tu subiūgitur penitentie. Hoc tamen fallit i sab batis quatuor temporum. ⁊ in quarta ⁊ in sex tis feriis maioris ebdomade. ⁊ in quib⁹ tractus immediate sequit epistolam. ⁊ hoc ideo. quia i illis diebus musicus ille nobis aufert. Nam in dicta quarta feria vendit ⁊ in sexta crucifigit qd in dictis sabbatis quo ad aliqd representa/ tur. ⁊ ideo ad maiorem luctum insinuandum: tractus in illis immediate epistolam comitat. Quod autem tractus maiorem insinuet luctū q graduale per hoc innititur q nunq cum al leluia cantatur nisi ob specialem cām in sabba to pascali.

De psa seu sequentia. Rrica.

Est alleluia pro sa seu sequentia dicitur qd est simi/ liter canticum exultatiōis. ad notā/ dum geminam glorificationis stolā quam sancti accipient. put iam pmissum est. Cantatur aūt sequentia ab omnibus simul in choro vt notet concordia caritatis. talis enim laus deo placet. Unde in canticis. Uulnerasti cor meum soror mea sponsa mea in vno oculo rum tuor. ideo dicit in vno vt notet cōcordia ⁊ voluntas vniformis. quia laus sic facta est ci bus delicatissimus deo. hec est tunica illa icō/ sutilis quam deus non patitur scindi. xvi. q. ii. sicut de hoc dictū est sub titulo d alleluia. ⁊ di cetur in phemio quinte partis vbi de antipho nis agitur. Nocherius abbas sancti Galli in teuthonia primo sequentias p neumis ipsius alleluia composuit. ⁊ Nicola⁹ papa ad missas cantari concessit. Sed ⁊ Hermannus contra/ ctus teuthonicus inuentor astrolabij compo/ suit sequentias illas. Rex omnipotens ⁊c. Et Aue maria gratia. ⁊ antiphonam. Alma redem ptoris mater. ⁊ Symon bariona. Petrus vero compostellanus episcop⁹ fecit illam. Salue re/ gina misericordie. Quidam vero rex francie Robertus nomine composuit sequentiam il/ lam. Ueni sancte spiritus. hymnum. Chor⁹ no ue hierusalem. Antiquitus eniꝫ mos erat vt sp alleluia cantaretur cum neuma. sed postea do minus papa instituit loco illius neume in pci/ puis solennitatibus sequentias dici. Quādo er go non dicitur alleluia non debet sequētia di/ ci. quoniam loco neume eius dicitur. ⁊ idem si gnificat quod neuma scilicet eterne vite gau/ dium ⁊ delicias que nullo verbo expmi possūt ⁊ ideo p neuma que est vox non significatiua intelligunt. Et inde est q quedam sequētie an tique solent verba noua ⁊ incognita habere et inusitata. tum quia celi gaudium secretū atqꝫ incognitum mortalibus est. tum quia nobis i/ cognitus est modus laudandi deum in patria tum qa iubilus cordis in psenti vita incognit⁹ est ad plenum. tum quia omnia noua sunt pul chritudine decorata. vt in phemio digestorū. Hodie vero sequentie cum voce significatiua dicūtur ad notandum q in illa magna festiui/ tate vite eterne iubilus plene sciet. Sequentie vero eterne vite mysticant laudes. Juxta illud Beati qui habitant in domo tua domine i se/ cula seculor laudabūt te. Habet enim vba lau diflua ⁊ dulcem atqꝫ suauem cantum. quia ibi omnia erunt plena laude ⁊ melodia celestis or gani abundabit dulcissima leticia. quia sicut le tantium omnium habitatio erit ibi. Rursus quoniam laudes eternitatis verbis humanis plene non resonant. ideo quedam ecclesie my stice neumatizant sequētias sine verbis aut sal tem aliquos vsus earum. nullus enim gerit sig nificatio verbor necessaria vbi singulorꝫ cor da patebūt singulis intuentibus libr vite. ⁊ vt idē erit testis accusator ⁊ iudex. xi. q. iii. eor. Et nota fm Jsid. q psa ē pducta rō a lege metri resoluta. sic dicta ex eo q sit pfusa. Sequentia vō dicta est qa neumā iubili sequit. ⁊ hic ⁊ in euāgelio dicit sequētia sequentie in nūero sin gulari.

De mutatiōe sacerdotis.

Actenus dum epl'a lecta fuerit ⁊ choro gduale psallēte sacerdos tacit⁹ ad dextraꝫ ptē sedebat altaris illō isinuās q Jo. pdicante xps quodāmō tacebat. qa nō pdicabat aperte

Sed dicturus euangelium surgit. quia vt euã/gelista tradit. postq̃ iohannes traditus ẽ venit iesus in galileam p̃dicans euangeliũ regni dei. ꝛ quoniam sedes victoris est sessio sacerdotis victoriam christi recte significat qui post ieiu/nium vicit diabolũ. nam reliquit eum tempta/tor ꝛ accesserunt ãgeli ꝛ ministrabãt ei. Post dictam ergo sequentiam surgens sacerdos. ꝛ ꝛ ad sinistram altaris ptem accedens pronun ciat euangelium significans ꝙ christus nõ ve nit vocare iustos sed peccatores. iuxta qđ ipse in euangelio dixit. Quia nõ indigent q̃ sani sũt medico sed qui male habent. ii. q. i. multi. p de/xtram enim iusti. p sinistraꝫ autem peccatores significãtur. propter quod dominus in iudicõ statuet quidem oues a dextris. edos vero a si/nistris. de hoc dictum est sub titulo de oratõe Quidam tamen dixerunt ꝙ ideo sacerdos in principio misse consistit ad dexteram. cum ve ro pronũciat euangeliũ cõuertitur ad sinistraꝫ ꝛ circa finem iterum redit ad dextrã. q̃a cult⁹ dei primo fuit in populo iudeoꝝ. ꝛ iudea tũc erat a dextra. deinde iudeis non credentibus ꝛ verbum dei tanq̃ indigni respuentibus cul tus dei transitit ad gẽtes ad quas apostoli trã sierũt. ꝛ tunc iudea fuit a sinistra parte. ꝛ circa finem reuertetur iterum ad iudeos ad predica tionem enoch ꝛ helie qui cõuertent corda pa trum in filios. quoniam in diebus illi s saluabi tur iuda ꝛ reliquie israhel salue fient. qui enim primo dixerat: in viam gentiuꝫ ne abieritis. po stea precepit dicens. Ite in orbem vniuersum. quia ergo p̃dicatio peruenit etiam ad illos qui in sinistra parte fuerunt dum siccato Gedeõis vellere ros aeream irrigauit. Merito in parte sinistra legitur euangelium sicut in sequẽti titu lo dicetur. Undeuersus. Est ratio cur pars alta ris dextra in se. Principiuꝫ finemq; tenet me diumq; sinistra. Dextra iudeos gentiles leua fi gurat. Cepit ab his defertur ad hos refert̃ ad illos. Nostra fides ꝛ erunt omnes in fine fi deles. Sed cum sacerdos qui pronunciat euã gelium rep̃sentet personam christi qui nõ p̃di cauit gentibus sed iudeis. Juxta quod ipse di cit in euangelio. Non sum missus nisi ad oues que perierant domus israhel. Utrum illud rec te dicatur prudens auditor aduertat. De hoc dictum est sub titulo qualiter episcopus vel sa cerdos. ad quamcunq; vero altaris partem ille se transferat ministri eum retro sequunt̃. pro vt dictum est ibidem.

De euangelio. Rrica.

Upra proxime tactũ est qualiter sacerdos nõ so lẽniter celebrans ipse met euãge liũ dicit. Uex quando episcopus vel sacerdos celebrat cũ ministris cũcta solen nius paguntur. tunc enim in q̃busdam ecclesi is vt rome diaconus dextra manu põtificis os culata codicem euangelij sumit de altari illum subdiacono ad ferendum tradẽs. postea bene dictionem postulat ab episcopo vel a sacerdo te ꝛ ei benedicit̃. Jn aliis tamẽ ecclesiis pri⁹ be nedictionem postulat q̃ꝫ codicem accipiat de altari. Data itaq; benedictione procedit diaco nus ad pulpitũ per dextram partem chori quẽ p̃cedit subdiacon⁹ cum textu euangelij ꝛ illum p̃cedit thuribulũ cum incenso. ꝛ ante thurife rarium ceroferarii cum faculis accensis ante il los in q̃busdam ecclesiis crucis vexillum sicq; pulpitũ ascendit. ꝛ euangelium incipit quo di cto ad episcopũ vel sacerdotem simul redeũt q̃ singula prosequemur. Notandũ est autem ꝙ in q̃busdam ecclesiis in precipuis festiuitati bus diacon⁹ proficisci volens ad legendũ euã gelium incipit antiphonam que est in noctur nis super benedictus. ꝛ dũ ipse accedit ad pul pitum illa cantatur ꝛ finitur a choro vt notet̃ caritas. ꝛ cantatur neuma ad notandũ ꝙ de⁹ non precepit nos habere nisi simplicem cari/tatem. Sane iam figura mutatur. Nam di/aconus qui primo representabat prophetam iam representat euangelistam quod lex ꝛ pro/phete vsq; ad iohannem ꝛ ex eo regnum celo/rum euangelizatur. Jdeo autem euange/lium legit̃ vt velut christus post legeꝫ prophe/tias ꝛ psalmos ore suo p̃dicauit. ita post episto lam responsoriũ ꝛ alleluia p illud populo p̃dica catio annũciet̃. Et dicit̃ euangelium quasi bo nus nũcius. ab eu qđ est bonũ. ꝛ angel⁹ qđ est nũcius. est eni euangeliũ christi ꝛ apostoloꝝ p̃ dicatio. nũciat q̃dem vitã post mortẽ. requiem post laborẽ. regnũ post seruitiũ. Est aũt sciẽ/dũ ꝙ sicut caput p̃eminet ceteris corpis mem bris ꝛ illi cetera mẽbra seruiũt. sic ꝛ euangeliũ p̃ncipale ẽ oĩuꝫ q̃ ad officiũ misse dicũtur ꝛ to ti p̃eminet officiũ misse. ꝛ quecũq; ibi cantant̃ ꝛ leguntur illi consentiunt in intellectuali rati one. prout in sexta parte sub dominica qualibꝫ dicet̃. Diaconus ergo primo dextraꝫ manũ pontificis osculatur nihil dicens. quia predica tor euangelizare debet pro gloria eterna d̃ qua sponsa dicit in canticis. Dextra illius amplexa bitur me. Naꝫ ꝛ angelus qui resurrectiõis xp̃i gloriam venerat nunciare sedebat i dextra sto la candida coopertus. Jn aliis tamen ecclesiis non osculat̃ sed solũ inclinãs benedictionem

poscit. Uerum subdiaconus vel diacon⁹ non man⁹ sed pedes romani pōtificis osculatˀ vt sū mo pontifici summam exhibeat reuerentiam. ⁊ eū illius esse vicarium cuius pedes osculaba tur mulier illa que fuerat in ciuitate peccatrix Adorandū est enī scabellū pedum eius q̇a san ctum est. cuius etiam resurgētis a mortuis pe des mulieris tenētes adorauerūt. Generaliter enī nemo debet manum summi pontificis os culari: nisi cum de manibus eius aliquid acci pit. vel cum ad manus eius aliquid tribuit vt ostendatur ꝙ ex vtroqꝫ debemus ei gratias a gere qui sicut semper dat propria sic nunq̄ꝫ re cipit aliena quas oblationes romanus ponti fex recipiat. sub ti. ꝺ oblationibus dicetˀ. Sub sequenter diaconus textum euangelii sumit ꝺ altari. quia de syon exibit lex ⁊ verbum domi ni de hierusalem. non vtiqꝫ mosaica lex quōdā exiuerat de monte synai sed euangelica. ꝺ qua propheta ait. Ecce dies veniunt dicit domin⁹ ⁊ consumabo testamentum nouum super do mum israhel ⁊ supra domum iuda. Sumitˀ etiam liber de altari. quoniam apostoli de alta ri euangelium acceperunt cū predicantes pas sionē christi euāgelizabāt. Uel altare in hoc si gnificat iudeos a quib⁹ transfertˀ regnū dei ⁊ datˀ genti facienti fructū eius. Et ex eo ꝙ liber sumitˀ de altari notatˀ ꝙ euangeliū est verbum dei qꝺ per altare significatˀ. ꝭm illud exo. xx. Al tare de terra facietis mihi. Et propter p̄missas rationes quidam volentes dicere finita missa euangelium sancti iohānis vel aliud imprimitˀ primo signū crucis super altare ⁊ postea. i fron te. Sumit autem illum vt q̇dam volūt de dex tra parte altaris. q̇a ecclesia de iudeis a qua no strū sūpsit exordium antiquit⁹ fuit a dextris. ⁊ ponit eū in manu sinistra dexteram supponēs iuxta illud. Leua eius sub capite meo ⁊ dextra eius amplexabitˀ me ⁊ hoc propter triplicē cau sam. Primo quia euangelista docet celestia q̄ per dextram. terrenis que per sinistram intelli guntur supponi. Secundo inclinatur liber su per sinistrum humerum ad notandum ꝙ chri sti predicatio de gentili populo transibit ad iu daicum. Isa. xx. c. In diebus illis saluabitˀ iuda Tertio q̇a in vita temporali que per illam sig nificatur necesse est euangelium predicare. Et textus euangelii in q̇busdam ecclesiis ornatur exteri⁹ argento ⁊ lapidibus. prout dictum est ī parte tertia sub ti. de legalibus indumētis. Li ber autem ipse ab aduentu sacerdotis ad alta re donec euangeliuꝫ legatur super altare remā sit. quod q̄ꝫtum ad hoc significat hierusalem. quoniam angelica doctrina primum in hieru salem facta est. ⁊ ibi permansit ab aduentu do mini illud donec publicaretˀ gentilibus. iuxta illud. De syon exibit lex. vt infra. Hierusalem. n est locus passionis que per altare etiam signi ficatur. Consequenter benedictionē postu lat. quia nullus debet predicare nisi mittatur. iuxta illud apostoli. Quomodo predicabūt nisi mittantur. extra de hereti. cum ex iniuncto. ⁊ dominus inquit apostolis. Rogate dominum messis vt mittat operarios ī messem suam. xxv di. in nouo. Isaias autem cum audisset vocem domini dicentis. Quem mittam ⁊ quis ibit ex vobis. Respondit. Ecce ego sum. mitte me. Di xitqꝫ dominus. Uade ⁊ dic populo huic. audi te audientes ⁊c̄. viii. q. i. scienduꝫ. Rursus hu iusmodi benedictionē p̄figurauit moyses. qui ascendens in montem accepit tabulas ⁊ bene dictionem ⁊ populo mandata proposuit. ⁊ do minus etiaꝫ benedixit ordini diaconali cui de dit spiritum sanctum ⁊ misit ad predicandum per vniuersum orbem. Pontifex ergo vel sacer dos visibiliter benedicit diacono qui lecturus est euangelium quod non fecerat subdiacono lecturo epistolam. quia christus inuisibilis ma nens legem ⁊ prophetas que per epistolam si gnificantur inuisibiliter misit. sed postq̄ꝫ in ter ris visus ⁊ cum hominibus cōuersatus ē apo stolos ⁊ euangelistas visibiliter misit ⁊ docuit Euntes inquit predicate dicentes. Appropin quabit regnum celorum. Illi autem egressi cir cuibant castella euangelizantes ⁊ eūtes vbiqꝫ. ⁊ mittit eum ad legendum euangelium. ad no tandum ꝙ christus misit apostolos ad predi candum regnum dei. Diaconus autem ea q̄ sibi in benedictione dicuntur considerans se corde puro. ore mundum. ⁊ opere castum stu deat exhibere. quatenus sacrosanctum euāge lium possit digne proferre. quia puteus aqua rum viuentium. i. euangelica predicatio nō flu it impetui. i. libere de libāo. i. corde casto ⁊ ore candido. Non enim est speciosa laus ī ore pec catoris: imo peccatori dixit deus. Quare tu e narras iusticias meas ⁊ assumis testamentum meum per os tuum. iii. q. viii. §. quod testatur. ⁊ ideo signo crucis munitur. deinde licentia ⁊ benedictione obtentis. ⁊ insuper cruce impres sa vt securus incedat procedit ad pulpitum cū silentio inclinato capite. nihil in quibusdaꝫ ec clesiis ferens propter illud quod dominus ipse precepit apostolis quos misit ad predicanduꝫ regnum dei. Nihil inquit tuleritis in via ⁊ ne minem salutaueritis. In aliis tamen ecclesiis diaconus fert librum vt iam dicetur. Sed per ueniens ad ambonem salutat quasi intrās do mum cui offert pacem vt infra dicetur. ⁊ tran sit per dextram partem chori. ad sinistram ⁊ li ber euangelij de dextra ad sinistram transfertˀ ⁊ ibi legitˀ q̇a de syon exibit lex ⁊ v̄bū vt supra.

Judea enī respuente verbū dei apostoli transi
erūt de iudeis ad gentes. ⁊ postea p̄dicatū est
gentibꝰ q̄ per sinistrā intelligūt. Unde aposto
lus ad Heb. dicit. Uobis oportebat prius pre-
dicare verbū dei: sed quoniā repulistis illud ⁊ ī
dignos vos iudicastis. ecce cōuertimur ad gē-
tes. extra de renū. nisi. de hoc supra ī ti proxio.
In ecclesia romana ⁊ in q̇busdā aliis subdiaco
nus per vnā viam ⁊ diaconus per aliam ī pul
pitum ascendit quoniā ille docendo ⁊ iste dis
cendo in augmentuʒ scientie procedit. ⁊ quia
ministrator per meritum operis. ⁊ predicator
per meritum oris in augmentum iusticie pro-
greditur. vnde psalmista. Justicia tua sicut mō
tes dei. per eandem tamen viam descendentes
ad pontificem reuertuntur. quia per finalē per
seuerantiam pertingunt ad primum. sicut do-
minus ait. Qui perseuerauerit vsqꝫ ī finem ⁊c̄.
de pe. dis. ii. apostolus. ⁊. c. multi. Et quia predi
catio sine opere non sufficit. Cepit enim iesus
facere ⁊ docere. ideo predicator per eandē viā
reuertitur per quam accesserat ministrator.
Preterea ideo lecturus euangeliū ab vna par
te progreditur ⁊ ascendit. ⁊ ab altra regredit̄ ⁊
descendit. iuxta illud euangelii. Per aliam viā
reuersi sunt in regionem suam. quoniam apo-
stoli prius predicauerūt iudeis ⁊ postea gētibꝰ
sm̄ illud apostoli. Quoniam repulistis verbum
dei ⁊ indignos vos fe. ⁊c̄. Sane diaconū sub-
diaconus antecedit. quia iohannes ⁊ eius pre
dicatio christum ⁊ eius predicationem preces
sit portās in quibusdam ecclesiis puluinar q̄ḋ
libro supponat. Per puluinar quideʒ q̄ḋ fesso
supponitur ad quietē significatur vite solaciuʒ
siue tēporalia quasi dicat. Si vobis seminamꝰ
spūalia non ē mirū si a vobis metimꝰ carnalia
xiii. q. i. §. i. Nā sm̄ apostolū primo ad corinth.
Qui altari seruiūt cū altari participant. extra ḋ
preben. cū sm̄. dignꝰ ē enī operarius mercede
sua. math. x. ⁊ dominꝰ precepit ī lege. Nō clau
des os bouis triturātis. extra de prebē. extirpā
de. Rursus puluinar supponit̄ euāgelio ad
notandū ꝙ suaue est iugum domini siue onus
euāgelii illud portare volentibꝰ. Unde in ma
theo. Jugū meū suaue ⁊ onꝰ meū leue. huic iu
go qui subiicit̄ oīa subiecta hʒ sm̄ Aug. pului
nar ergo suauitas ⁊ dulcedo in mandatis dei.
Unde propheta. Parasti ī dulcedine tua pau
peri deꝰ. ⁊ iterū. q̄ꝫ dulcia faucibus meis eloq̇a
tua domīe. In ecclesia tamē romana diaconꝰ
precedit ut doctor. subdiaconꝰ sequit̄ ut audi
tor. ille precedit ut predicet. iste sequit̄ vt mini
stret. Post lectionē v̇o subdiaconꝰ quasi suffi
cienter edoctꝰ precedit referens euāgeliū quo
niā mercedē euangelii de sua ministratione re
portat. sm̄ illud q̄ḋ dominꝰ ipse promisit ī euā

gelio. Qui recipit prophetā in nomīe prophete
mercedē prophete recipiet. quē ideo premittit
diaconꝰ ad pontificē ut ostēdat se fructū pre
dicationis referre de quo dominꝰ iusserat. po
sui vos ut eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fructus vr̄
maneat. Ad hec subdiaconus librꝫ ⁊ puluinar
reportās significans ꝙ predicator bono opere
debet vitam suam deo offerre. Unde apostolꝰ
ad corin. ix. Omne quodcunqꝫ facitis aut ver
bo aut opere in nomine domini iesu christi fa
cite. xxvii. q. vlti. non obseruetis. Premittit
quoqꝫ episcopus ante euangelium thuribuluʒ
cum incenso. quia christi opera precesserunt
eius doctrinam. iuxta illud. Cepit iesus facere
⁊ docere. Thuribulum autem cuʒ thure signi
ficat orationem cum deuotione quā tunc ma
xime debent habere fideles in audiendo diui
num sermonē. Rursus diaconus ideo premit
tit thuribulum. quia predicator debet odorem
bone opinionis ex se mittere. Juxta illud apo
stoli. Christi bonus odor sumus in omni loco
nam cuius vita despicitur restat ut eius predi
catio contemnatur. extra de sacra vnc. c. i. Ter
tio thuribulum precedit ut ipsius diaconi ora
tio sicut incensuʒ in conspectu domini diriga
tur. Ante thuribulum v̇o premittit duos cero-
ferarios cū faculis accensis. Primo quia de-
bet desiderium ⁊ gaudium in cordibus audi-
torum accendere quatenus ⁊ libenter audiāt
⁊ gratanter obediant. In quibusdam tamē
ecclesiis thuribulū cereos precedit. quoniā ora
tiones ⁊ op̄a ⁊ v̇tutes de rōne famā lucem et
signa p̄cedūt. iuxta illud Lu. Luceat lux vestra
Et illud. Et v̇tus exibat de illo ⁊ sanabat oēs
Secūdo sacerdos vel ep̄s p̄mittit ante diaco-
nū duos accolitos portantes cereos ⁊ incēsuʒ
ad notandum ꝙ christus p̄mittebat binos nū
cios ante faciem suam in omnem ciuitatē ⁊ lo
cū quo ipse erat venturꝰ p̄ferentes coruscatio
nes miraculorꝫ ⁊ odorē virtutum. vnde reuersi
dixerunt. Dn̄e in tuo noīe etiam demonia sub
iiciunt̄ nobis. facies enī xp̄i cōuenienter hic ī
telligūt̄ apl'i q̄ normā doctrine ppl'is oñdebāt
propter q̄ḋ ipsis aiebat. Qui vos recipit me re-
cipit. Tertio iō librꝫ euāgelii p̄cedūt thuribulū
⁊ cādelabra. q̇a doctrinam xp̄i virtus ⁊ fama
p̄ibant euangelista testante. Exiuit iesus ī v̇tu-
te sp̄us in galileam. ⁊ fama exiuit de illo in v̇ni
uersam regionem. ⁊ ipse docebat in synagogis
eorum. Quarto propter causam in secūda par-
te sub ti. de accolito scriptam. Rursus duo ce-
rei illuminati doctores ecclesie per quos eccle
sia illuminatur. ⁊ qui debent habere noticiam
vtriusqꝫ testamenti designant. Hinc est ꝙ ipsi
cerei plerumqꝫ quibusdam diuersorum colo-
rum lineis decorantur. ad notandum ꝙ per

doctores ipsa sacra scriptura diversis sensib⁹ exponit̄ ꝓut dictū est in ꝓhemio li. Si vero li nee ipse auree uel argētee sint designant ꝙ in ipsis doctoribus ē auꝝ sapīe ⁊ argentū eloquē tie. vel cerei ipsi designāt duo testamēta qbus genus humanū illuminat̄. vel legē ⁊ ꝓphetas q̄ in qbusdā ecclesiis dū euangeliū legit̄ in pa uimento ponunt̄: qm̄ leges vmbra ⁊ ꝓphetaꝝ enigmata p lumē euāgelij etiā ab hūilib⁹ itelli gūt. qa p euāgelicā doctrinā lex ⁊ ꝓphetia pe nitus euanuerūt i littera. In qbusdā tamen ec clesiis in diebus ꝓfestis vnus puer cūvno tm̄ cereo diaconū p̄cedit. per quod significatur ꝙ primuꝫ xp̄i aduentū q̄ humilis fuit ⁊ occultus p̄uenit tantū vn⁹ cursor. s. iohānes baptista q̄ fuit lucerna v̄bi. In dieb⁹ v̄o festiuis duo cerei p̄cedunt. qa in secundo aduentu qui solennis erit ⁊ manifestus duo p̄mittent̄ p̄cones. s. He lias ⁊ Enoch q̄ interficient̄ ab antixp̄o in irl̄m qd̄ significatur per extinctionē cereoꝝ. De cā delabris ⁊ etiā cereis aliter dictū est in prima parte sub titu. de picturis. Antecedit quoqꝫ crux primo ad notandū ꝙ diaconus debet p̄ dicare crucifixū. Secūdo ꝙ q̄ eū intuet̄ per fi dem sanat̄ a morsu serpētis antiq. ipse est eniꝫ serpens in palo. Tertio crux p̄cedit euangeliuꝫ in signū ꝙ p̄dicator seq̄ debet crucifixū. Unde dn̄s inq̄t Petro. Seq̄re me. Joh. xxi. c. Post hec diacon⁹ sup ambonē ascendit. dicit̄ autē ambo ambonis pulpitū vbi legit̄ euangelium ab ambo ambis qa locus ille gradib⁹ ambitur Sūt enī in quibusdam ecclesiis duo paria gra duū siue duo ascensus in illū per mediū chori vn⁹ a sinistris videlꝫ v̄sus orientem quo fit as census. alter a dextris videlꝫ v̄sus occidentem quo fiat descensus ut p̄missum est. vel ascēdit ab australi p̄te. nam xp̄s a bethel. i. bethleem q̄ est ad austrū venit in irl̄m. vnde dicit̄. De⁹ ab austro veniet. Ascendit ergo sup ambonēꝫ ad notandū ꝙ xp̄s ambit oēs qui custodiūt v̄bū euangelij. ⁊ ut possit ambiri ⁊ sic meli⁹ ab hōi bus intelligi. Item ascendit ut in edito ⁊ alta voce annunciet euāgeliuꝫ tanq̄ vbiqꝫ ⁊ ab oi bus audiendum. iuxta illud ꝓpheticum. Sup montē excelsum ascende tu q̄ euāgelizas syon exalta in fortitudine vocem tuā. ⁊ domin⁹ in quit in euangelio. Quod dico vobis i tenebris dicite in lucē. ⁊ qd̄ in aure auditis p̄dicate sup tecta. ex de here. cuꝫ ex iūcto ut imitemur do minum q̄ in montē ascendit ut euāgeliuꝫ p̄di caret. ⁊ apiens os suum docebat discipl'os di cens. Bt̄i paupes spiritu ⁊c̄. Lex etiā in mon te data est. euangelium ergo in alto ⁊ eminēti loco legit̄. qa doctrina euāgelica dilatata fuit vbiqꝫ terraꝝ. Unde. In oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ ⁊c̄. xix. di. ita. Epistola v̄o in loco inferiori

qa lex ⁊ ꝓphete qui p illam figurant̄ clausi fu erunt in iudea. vnde. Notus in iudea deus ⁊c̄. Preterea p epistolā p̄dicatio veteris testamen ti que humilior p euangelium noui testamen ti que excellentior est intelligit̄. doctrina enim xp̄i uel lex euangelica excellit apostolicā ⁊ apo stolica legalem doctrinā. Unde apostolus ad Heb. vij. Lex neminē ad p̄fectionē duxit. euan geliū autē dat salutem oī credēti. In missa aūt p defunctis nō in loco eminentiori sed iuxta altare euāgelium ⁊ epistola legunt̄ ad notan dum ꝙ q̄tum spectat ad defunctos talia non sunt p̄dicatōes q̄ viuis publice fiunt. Ipsis au tem cum sint absentes fieri neq̄unt publice ul' occulte: sed magis sunt ꝓ ipsis orōnes p quas ad xp̄m q̄ p altare significat̄ appropinquantes eis possumus reuelationē aliquā obtinere. Le git̄ etiam de morte euangelium sup aquilam. iuxta illud. Et volauit sup pennas ventoꝝ. ⁊ a quila ipsa seu locus in quo legit̄ in dieb⁹ festi uis aliquo pāno lineo vel serico coopit̄ ad sig nificandum molliciem cordiuꝫ xp̄ianoꝝ. Unō domin⁹ p ꝓphetam. Ecce cor carneum dabo vobis ⁊ scribā legem meā in cordibus vestris Locus v̄o in quo epistola legit̄ nō cooperitur ad significandum duritiā cordium iudeorum. Lectur⁹ autem euangelium transit ad partem sinistrā ꝓut iam ⁊ supra sub ti. de mutatiōe sa cerdotis dictuꝫ est. ⁊ opponit faciem suam aq̄ loni. iuxta illud Isa. xliii. Dicaꝫ aq̄loni da. ⁊ au stro noli ꝓhibere. ut ostendat nos doctria euā gelij debere amari ⁊ p̄dicationem xp̄i cōtra il lum specialiter dirigi. q̄ ait. Ponam sedeꝫ meā ab aq̄lone ⁊ similis ero altissimo. nam ⁊ ſm ꝓ phetam. Ab aq̄lone pandet̄ omne malum sup habitatores terre. Rursus v̄sus aq̄loneꝫ euan gelium legitur. iuxta illud quod legitur in can ticis. iiii. Aq̄lo surgat. i. diabol⁹ fugiat. ⁊ auster veniat. i. spirit⁹ sanctus accedat. Recte enī cō tra diabolum euangelium legitur ut illum sua v̄tute expellat. quoniam diabol⁹ nihil tantum quantum euangelium odit. Siquidem aquilo ventus frigidus diabolum significat qui flatu temptationum corda hoīuꝫ a dei timore cōge lat ⁊ refrigerat. Cum ergo fides i euangelio cō tineatur q̄ est armatura nostra contra diabo lum. iuxta illud. Cui resistite fortes in fide. me rito legitur cōtra illum. Quandoqꝫ etiam v̄sus meridiem legitur. qa doctrina xp̄i que prio fu it iter iudeos ⁊ nunc iter gentiles ad eos in fi ne redibit. Hi v̄o q̄ euꝫ i veniendo p̄cesserant respiciunt ad euangelium ⁊ ad faciem recitan tis. ꝓut sub epistola dictum est. Deinde lectu rus euangelium salutat populum ut illum ad audiendum v̄bum dei attentum reddat dicit dominus vobiscum. ostendens etiam per hoc

se orare vt dn̄s sit cū eis. ⁊ obseruans ꝙ dominus iussit. In quancūqꝫ domū intraueritis primū dicite. pax huic domui. Chorus v̄o ⁊ ppl's q̄i redditus attentus ad illū ⁊ ad quācūqꝫ partem in qua euangeliuꝫ legitur se vertunt: quia omnibus ꝓpositū est. Ite in mundū vniuersū predicate euangeliū omni creature. i. homini ꝓ quo facta est omnis creatura. vel qui habet aliquod participium cū omni creatura. Et respōdent. ⁊ cū spiritu tuo. supple vt digne possis euangeliū legere. ac si dicant. tecū sit ad dicēdū. ⁊ si mutuo se salutant. ꝓut sub prefatione dicetur. Sane euangeliū stando ⁊ nō sedēdo auditur. sicut statuit Anastasius papa de con. di. i. apostolica vt ad prelium ꝓ xp̄i fide seruanda ꝓmptitudo notet̄. Unde Luc. xxij. Qui nō habet gladiū vendat tunicam ⁊ emat illū. ⁊ quia ipsius doctrina ad amorem celestiū dirigit mētes nostras. ad huiusmodi etiam ꝓmptitudinē designandam quidam dum euangelium legitur. clamides deponunt. ⁊ etiam ad notanduꝫ ꝙ omnia tp̄alia dimittenda sunt ꝓpter xp̄um. Iuxta illud euangelij. Ecce nos reliquim⁹ omnia ⁊ secuti sumus te. Et ex quo standū est apparet ꝙ nec iacere nec appodiari debem⁹ euāgeliū audiendo. Reclinatoria ergo tūc relinquunt̄. ad notandū ꝙ non debemus confidere in principibus. nec sustentari in terrenis: q̄a vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas dixit ecclesiastes. Subaudit̄ cōparatione dei in queꝫ curam nostram iactare debemus. Et s̄m ipsuꝫ Anastasium stantes curui manere debemus: vt humilitatē que a dn̄o docetur. etiam corpore demonstremus. Auditur etiam capite nudato Primo vt attentio adesse mōstret̄. ob quā etiam cāꝫ q̄daꝫ tunc mentionē ⁊ genas manu tenent. Secundo vt quinqꝫ sensus patuli sint ad audiendū. Tertio ad notandū ꝙ omnia q̄ sub velamine ⁊ figura in lege ac ꝓphetis continebant̄ sunt in euangelio manifestata. In xp̄i enim passione velum templi scissum est ⁊c̄. Deponunt̄ etiā tūc baculi ⁊ arma. Primo ne imitemur iudeos in conspectu crucifixi arundīes ⁊ arma ferentes. Scd̄o ad notandū ꝙ xp̄o predicante oēs legales obseruātie que ꝑ baculos significant̄ deposite sunt. Tertio deposito baculoꝝ ⁊ armoꝝ humilitatē notat. ⁊ xp̄iane ꝑfectōis esse nō se vindicare: sꝫ dn̄o reseruare vindictā. Iuxta illud. mihi vindictā ⁊ ego retribuaꝫ dicit dn̄s. Et Math. v. Qui te ꝑcusserit in vna maxilla p̄be ⁊ ei alterā. xxiij. q. i. §. i. Audit̄ etiaꝫ euangeliū in silentio: q2 oīa soluta sunt in euāgelio q̄ in lege ⁊ ꝓphetis ꝓmissa erant. Pontifex v̄o seu sacerdos dū euangeliū legit̄. facieꝫ vertit ad illud. ad notandū ꝙ xp̄us p̄dicatores euangelij semꝑ ad adiuuandū respicit stās suꝑ scabellum ad designandū ꝙ per huiusmodi p̄dicationem omnis aduersa potestas debellat̄. ⁊ xp̄i pedibus submittitur. ⁊ sic impletur qd̄ in p̄s. dicitur. Donec ponam inimicos tu. s. pe. tu. Dyaconus v̄o statim postq̄ꝫ sibi responsum est ⁊ cum spiritu tuo: vt cunctos reddat dociles ⁊ beniuolos ad audiendum verbum euangelij. i. bonum nunciū nunciantem regnū dei subdit. Sequentia sancti euangelij. thurificant libꝝ et signans signo crucis. Et etiam in quibusdaꝫ locis osculatur libꝝ. q̄i dicat hic est liber seu euāgelium dei. hic est liber crucifixi quem predico hic est liber pacifici per quem reconciliationeꝫ accepimus. Unde apl's. i. ad corinth. i. predicamus vobis xp̄m crucifixum. Per incensi auteꝫ fumū bona predicationis opinio intelligitur.

Deinde signat se in fronte in ore pariter. ⁊ ī pectore seu in corde: ne dyabolus qui bonis operibus insidiatur tollat ei per erubescentiā deuotionem de corde vel sermonem de ore. ac si dicat. ego xp̄i crucem non erubesco sed eā ore predico: ⁊ corde credo: quia corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Predicamus inquit apl's. xp̄m ihesum ⁊ hunc crucifixum iudeis quidem scandalum gentilibus stulticiam. Et apl's ad gala. vj. Mihi auteꝫ absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri ihesu christi. dn̄s etiam in euangelio ait. qui me erubuerit ⁊ sermones meos. hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua ⁊ patris ⁊ angeloꝝ sanctoꝝ. Unde in Daniele legit̄. Non est confusio confitētibus te. Quidam autem signant se tantum in fronte ⁊ in pectore quasi in vtroqꝫ superliminari. Clerus vero ⁊ populus audito titulo e angelij. scilicet sequentia ⁊c̄. siue bono nuncio vertentes se ad orientem siue ad altare. vt deū q̄ verus est oriēs glorificēt: q̄a misit eis verbum salutis. sicut legitur in actib⁹ apostolorum. ⁊ glorificauerunt deum dicētes. ergo ⁊ gentibus deus penitentiam dedit. ⁊ vitam cum reuerentia ⁊ honore respondent. gloria tibi domine. Proposito itaqꝫ euangeliū ad legendum. in quo agitur de gloria ⁊ de nostra liberatione. scilicet qualiter christus dyaboluꝫ deuicit. ⁊ nos ab ipsius seruitute liberauit ⁊ victor ad gloriam patris ascendit. ipsi auditores euangelij letantes in laudem sui saluatoris cōclamant dicentes. Gloria tibi domine. quasi dicant. gloria tua que nobis in euangelio predicatur nobiscum sine fine permaneat ⁊ semper crescat. ⁊ hec dicendo signo crucis in fronte: ī ore: ⁊ in pectore. se similiter contra dyabolum muniunt. ne eos impediat in audiēdo. In frōte quia ibi est locus pudoris ⁊ verecundie. Unde per hoc ꝙ crucem fronti imprimunt. ostendunt se non erubescere credere crucifixuꝫ. cui⁹

liber legit̃ ⁊ eũ habere deum ⁊ dñm. Per hoc
ꝙ in ore significant crucem dñi adacter predi
care. Per hoc ꝙ in pectore ostendunt se liben
ter compati pro nomine xp̃i qua etiaz ratione
quidam q̃zdiu euangeliũ legitur cũ vtroqꝫ pol-
lice ante pectus signũ crucis figurant. Rur-
sus nos in ore signamus ad designandũ ꝙ de
verbis euangelij debet esse locutio nostra. In
pectore võ ad significanduz ꝙ verba euangelij
debent nos percutere ĩ pectore ĩ mente. Mox
vero post factũ signũ crucis versus dyaconum
audituri euangeliũ se cõuertunt. De crucis mi
sterio dicetur in prohemio quinte partis. Por
ro alicubi subdyaconus dũ legitur euangeliuz
sinistram manũ libro supponit. ad notandũ ꝙ
illi qui sub tempore legis fuerunt quoꝝ vltim⁹
fuit Joannes quem significat subdyaconus. ⁊
si aliqua bona agebant. illa tamen debilia ⁊ in
firma erant que per sinistram significantur: qꝛ
si lex ad gratiam disponeret: tamen gratiaz nõ
prebebat. Conuenienter ergo sinistra manus
liber euangelij supponitur. In quo xp̃i fides p̃
dicatur. sine qua per opera legis nemo saluat̃.

Rursus per sinistraz manuz tp̃alia per librũ
euangelij spiritualia congrue designãtur. Ma
nus ergo sinistra libro supponitur. ad notãdũ
ꝙ sicut anima sine corpore nõ viuit. ita nec spi
ritualia diu sine temporalib⁹ subsistere possunt
Terminatur autem euangeliũ exaltando vocẽ
in fine. prout sub epistola dictuz est. ⁊ mox illo
finito munit se dyaconus signo crucis: ne dya
bolus susceptũ semen euangelij de vase signa-
to surripiat. Et deinde euangelium osculat̃ ad
notandũ se ex caritate ⁊ amore euangelizasse.
Auditores vero se versus orientem conuertũt
quasi ad hierusalem gratias agentes: quia inõ
venit ad nos euangelium. Juxta illud qd̃ dñs
dixit in euangelio apostolis. Uos eritis mihi
testes horũ in omnes gentes. incipientes a hie
rusalem. ⁊ signo crucis se in pectore muniunt
contra dyabolum ne semen verbi dei suffoce-
tur in eis. vnde Luce. viij. volucres celi comed̃
runt illud. Et ne sermonem domini rapiat de
pectoribus eorum. quasi dicant. deus nos faci
at in doctrina christi perseuerare. ⁊ vt signifi-
cent se habere in corde qd̃ exprimunt ore. Qd̃
etiam apertius designatur in quibusdam eccle
sijs in quibus finito euangelio dicitur amen. ⁊
bene. quasi dicant verũ est qd̃ in euengelio di
ctũ ẽ. qd̃ est cõtra quosdaz hereticos: qui lecto
euangelio q̃i contra dicentes dicunt. falsum ẽ
vel amen. q. d. fiat nobis qd̃ dñs in euangelio
pollicet̃. Juxta illud Hiere. viij. Bñdicite estras
dño deo magno. Et respondet omnis ppl'us a
men amen. Et eleuantes manus suas incurua
ti sunt ⁊ adorauerunt proni ad terram. In ali-
is võ ecclesijs dicit̃ deo gratias sic fit post ali-
quã lectionẽ vel capitulũ. Quidam etiã littera-
ti dicunt. Benedictus qui venit in nomĩe dñi
qd̃ est finis euangelij Math. qd̃ legit̃ in festo
beati stephani ⁊ ĩ dñica palmaꝝ. In quibusdã
locis cerei qui significant doctores ꝑ quos ec
clesia illuminat̃ statim post lectũ euangeliũ ex
tinguunt̃: qm̃ xp̃o in eis loquente possunt ec-
clesiam illuminare. eo autem tacente. i. spiritu
sancto ab eis recedente hoc nequeũt. Propte-
rea euangelij predicatione finita lex ⁊ prophe-
cie cessabunt. In nõnullis tamẽ ecclesijs dũ
euangeliũ legitur candelabra cum cereis d̃po
nuntur ad terram ad notandum legem ⁊ pro
pheciam inferiorem euangelio esse. Conse-
queriter subdyaconus codicem euãgelij refert
dyaconnus vero vacuus redit vt ostendat se p̃
dicatione finita. contemplationi vacare. veniẽs
autem prius ad legendum euangelium. librum
in quibusdam ecclesijs ferebat ad notandũ ꝙ
ipse non solum debebat docere sed ⁊ facere.
Redit etiam ad episcopum seu sacerdotem vn
de venit ad notandũ ꝙ omnis doctrina a deo
est. ⁊ ad ipsum reuertitur. vnde Salomon. vn-
de exeunt flumina reuertuntur. Textus quoqꝫ
euangelij super puluinar reportatur: quia eccle
sia vt audiuit euangelium illud suauiter corde
suscepit ⁊ letata est. Juxta illud. Audiuit ⁊ leta
ta est syon. ⁊ ait. Anima mea liquefacta est vt
dilectus locutus est. Liber quoqꝫ euangelij et
thuribulũ ad pontificem reportamur: quia ad
eum omnia bona referenda sunt a quo cunc-
ta procedunt. Ipse enim est finis consumans
sed non consumens. alpha ⁊ o primus ⁊ nouis
simus initium ⁊ finis. Naz ⁊ apostoli predica-
tione peracta ad christum reuersi sunt referen
tes ei gratias de miraculis ⁊ predicationis ꝑfe
ctu. Episcopus vero thus odorat ⁊ euange-
lium osculatur. Primo ad notandum: quia qd̃
xp̃s inspirauit ⁊ docuit hoc approbat ⁊ accep
tat. Deus enim nihil accipit nisi qd̃ efficit. nec
remunerat: nisi quod donat: quia sicut cuncta
que facit bona sunt. sic nulla sũt bona nisi que
fecit. Nam vidit deus cuncta que fecerat ⁊ e-
rant valde bona. Secundo apertum codicem
osculat̃ ad significanduz ꝙ scire debet ⁊ nuda
ac aperta sibi esse debent quecumqꝫ sunt in le
ge. vnde Luce. viij. Uobis datum est noscere mi
sterium verbuz dei. Et malachie. ij. Labia sacer
dotis custodiunt scientiam ⁊ legem requirunt
supple subditi de ore eius: extra de here. cuz ex
iniuncto. Tertio quia ipse solus intrat in sanc-
ta sanctorum. prout in prohemio huius partis
dictum est. Quarto quia huiusmodi osculuz si
gnificat affectum amoris ad euangelium. qui
precipue in episcopo vigere debz: adeo vt ꝑat⁹

sit mortem pro eo subire.xxv.q.i.violatores.
Quinto subdyaconus librum apertum prelato
seu sacerdoti offert ad osculandum.ad notan-
dum ipsum debere delectari in fide fidelium q̃
infusa est in eis. ⁊ patefacta per euangelij predi
cationem que prius in lege fuerat clausa. Po-
stea in quibusdam ecclesijs liber clausus illis q̃
sunt in choro ostenditur pro eo ꝙ post p̃missa
verba vobis datum est ⁊c̃.Sequitur in aposto
lo.ceteris autem in parabolis. Et est aduerten
dum ꝙ postq̃ꝫ dyaconus lecto euangelio librū
osculatus est. ad notandum se ex caritate ⁊ a-
more euangelizasse:tunc demum fertur euan-
gelium episcopo:qui christum significat ad o-
sculandum idest ad predicationem acceptan-
dam ⁊ non ante. ad figurandum ꝙ deus illaꝫ
duntaxat predicationem acceptat que fit ex a
more ⁊ caritate.Uerum tamen in missa pro d̃
functis euangelium non fertur pontifici ad o-
sculandum.tum quia tunc premisse ratõẽs ces
sant.tum qꝛ in missa illa omnis solennitas sub
trahitur.ne festiue solennitates cum desolatis
meroribus misceantur.Legens tamen euange
lium in missa pro defunctis.librum in quibus-
dam ecclesijs osculatur:quia quicumqꝫ illud ꝓ
nunciat debet caritatis amore in illum tende-
re.cuius doctrinam euangelicam recitauit.q̃ a
mor per osculum designatur. Et attende q̃a
statim post libri osculuꝫ sacerdos minister pō-
tificem qui christum designat incensat ad oñ-
dendum ꝙ sacerdotis maxime officium. orati
onis ignitum sacrificium.quod per incensuꝫ si
gnificatur christo offerre non solum in expiati
one delicti:verum etiam in gratiarum actionē
prout in leuitico habetur. Potest etiam sub
epilogo dici:quia ꝙ liber euangelij per subdya
conum portatur.ꝙ subdyaconus pulpitum a-
scendit.ꝙ aperto libro populum salutat. ⁊ om
nes respondent.ꝙ titulum euangelij premittit
ꝙ alta voce ⁊ distincte ⁊ contra aquilonem le
git. ꝙ omnis populus aures ⁊ oculos ad librū
dirigit.⁊ in silentio ac stādo audit.⁊ in fine ad
celum manus leuans orat dicens.amen.hec i-
quam omnia ⁊ singula ex lege sumuntur. Le
gitur enim in principio Hieremie.ꝙ congrega
to populo ad plateam que est ante portam aq̈
rum Esdras scriba attulit librum legis Moysi
⁊ stetit super gradum ligneum queꝫ fecerat ad
loquendum.⁊ aperuit librum coram omni po
pulo. Porro leuite silentium faciebant ī po
pulo ad audiendum legem benedicentes deo
magno.⁊ omnis populus stans ī gradu suo re
spondit amen.Et legerunt in libro legis dei di
stincte ⁊ aperte ad intelligendum. Omnis ve-
ro populus eleuantes manus suas adorauerūt
proni ad terram. Illud quoqꝫ pretereunduꝫ

n̄ ē.ꝙ euāgelijs q̃ ī eccl'ijs legunt' gn̄al'r due p̄-
fatões p̄mittūt'.Prīo ē īitiūsci euāgelij.Scd̄a
sequentia sancti euangelij. Siquidem prima
prefatio premittitur principio cuiuslibet euan
gelij quatuor euangelistarum. scilicet euange-
lio Joannis.In principio erat verbum. euan-
gelio Mathei.Liber generationis. euangelio
Luce.Fuit in dieb⁹ herodis.⁊ euāgelio Mar
ci.Principium euangelij Jhesu christi. quod ī
quibusdam ecclesijs legitur in prima domini-
ca de aduentu vt ibi dicetur. ⁊ tunc non subii
citur.In illo tempore:quia in ipsis principijs a
gitur ⁊ determinatur certum tempus. Unde
esset nugatio ⁊ superfluerent verba illa.Secū-
da vero prefatio premittitur omnibus alijs e-
uangelijs.Et dicitur sequentia: quia verba ip̄a
que legenda sunt sequuntur post initium seu
post ea que precedunt in euangelio vnde sum
pta sunt.vnde cum dicitur sequentia.supplen-
dum est sunt verba sancti euangelij ⁊cetera.vl'
sequentia est numeri singularis: ⁊ tūc cum di-
citur sequentia sancti euangelij secundum Jo
annem suppletur hec est. Sane in euangeli
is quibus ipsa secūda prefatio preponitur sub-
iicitur quandoqꝫ.In illo tempore. ⁊ quando-
qꝫ non subiicitur.Siquidem siue in illo tempo
re dicuntur quando ex eorum verbis certū est
de tempore vt premissum est.⁊ tunc incipiunt
per aliquam determinationem regie vel alteri-
us potestatis. vt illud anno quintodecimo ti-
berij.vel per simplicem rei geste narrationē cer
tum tempus determinantem.vt illud.cum eēt
desponsata.⁊ illud. Postquam consumati sūt
⁊ illud.Cum natus esset Jhesus.⁊ illud. Fcm̄
est autem cum baptizaretur.⁊ illud.Cum esset
Jhesus annorum duodecim.⁊ illud.Postquā
impleti sunt dies.⁊ illud.Uespere auteꝫ sabba-
ti.⁊ illud Elizabet impletum est ⁊cetera. Reli-
quis vero euangelijs subiicitur.In illo tempo
re.⁊ est sensus.In illo tempore scilicet gratie.d̃
quo dicit apostolus.Ecce nunc tempus accep
tabile ⁊cetera de pe.di.i.ecce.Non est etiam o
mittendum ꝙ euangeliū legitur ī ecclesia quā-
doqꝫ secundum historiā. vt illud quod dicitur
in die pasce.Maria magdalena ⁊ Mariā Ja-
cobi ⁊cetera.⁊ illd̄ quod cantatur in natali ad
secundam missam de pastorib⁹.Quandoqꝫ se-
cundum allegoriam.vt illud quod legitur in as
sumptione beate Marie.in quo mentio fit de
Maria ⁊ Martha.vbi dicitur.Intrauit Jhe-
sus in quoddam castellum ⁊cetera. prout ibi ī
septima parte dicetur. Quandoqꝫ secundū reꝫ
vt illud de sancta trinitate. Quandoqꝫ secūdū
personam.vt illud quod cantatur in festo san-
cti Thome apostoli.vbi dicitur. Thomas vn⁹
de duodecim.Quandoqꝫ secundum parteꝫ.vt

illud quod dicitur in festo sance crucis de Ni-
chodemo vbi dicitur sic. oportet exaltari filiuz
hominis ⁊ cetera. In quo versu christus passi-
onem suam significat. ⁊ exaltationem corporis
sui in cruce. Et ideo euangeliũ in quo hec clau-
sula continetur legitur in festo sancte crucis ⁊
in festo michaelis archangeli propter illuz ver-
sum. Angeli eorum semper vident faciem pa-
tris mei qui in celis est. Item etiam secundum
partem: vt illud. Liber generationis ⁊c̃. Et hoc
propter vltimum versum in quo fit mentio de
christo. Quandoqꝫ secundum totum: vt illud
quod legitur in circumcisione domini. Post-
q̃ꝫ consumati sunt dies octo ⁊c̃. Quandoqꝫ se-
cundum tempus: vt illud quod dicitur in pma
die quadragesime scilicet propter ieiuninm.
Quandoqꝫ propter letanias: vt illud. Si quid
petieritis ⁊c̃. quod in letanijs dicitur. in quo fit
mentio de pane ⁊ pisce. Et quandoqꝫ propter
locum: vt illud quod legitur in dominica sexa-
gesime. scilicet. Exijt q̇ seminat ⁊c̃. Sane mu-
lier etiam abbatissa non debet legere euangeli-
um. Licet enim beata virgo dignior ⁊ excellen-
tior esset apostolis vniuersis. dominus tamen
non commisit ei claues regni celorum: extra d̃
pe. ⁊ re. noua. hinc est ꝙ abbatissa non potest
proprias moniales benedicere. vel earum con-
fessiones in criminibus audire. vel euangeliuz
legere. vel publice predicare. In matutino tam̃
posset: sed non publice euangeliuz dicere. xvij.
q. i. dyaconissam. Et nota ꝙ quatuor sunt euã-
gelia de beata Maria: vt dicetur in septima p-
te sub festo assumptionis.

De symbolo. Rubrica.

Vãgelio lecto

mox cantatur alta voce symbolũ
illud scilicet. Credo in vnum deũ
quia enim corde creditur ad iu-
sticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Iõ
ecclesia vt ostendat ꝙ euangelium verbuz seu
predicationem fidei. ⁊ corde recipit. mox fidei
symbolum ore decantat. Symboluz ergo post
euangelium fidem post predicationem osten-
dit. Unde Io. hec eo loquente multi credide-
runt in eum. Nam secundum apostoluz ad ro-
manos. x. Fides est ex auditu. auditus autem
per verbum christi. Dicitur autem alta voce: vt
omnes illud dicant ⁊ adiscant. Omnis eni xpi-
anus tenetur publice fidem catholicam profi-
teri. propter quod in fronte signatur. In pma
vero ⁊ in cõpletorio sub silentio dicitur. ne mu-
sce morientes perdant suauitatez vnguenti. p-
ut in quinta parte sub ti. de prima tangetur.

Rursus ideo in missa patẽter dicitur. ad no-
tandam ꝙ hodie fides catholica libere predi-
catur ⁊ docetur. In prima vero sub silentio di-
citur ad notandum ꝙ in primitiua ecclesia p̃-
sertim tempore passionis christi predicatores:
⁊ fidei professores siluerunt ⁊ in completorio.
ad notandum ꝙ similiter in fine seculorum an-
tichristi persecutione inualescente. illorum ora
claudentur. Sane sacerdos seu episcopus il-
lud incipit. ad designandum ꝙ omne bonum
a christo procedit. Nam omne datum optimũ
⁊ omne donum perfectum de sursum est. d. a.
p. lu. i. q. ij. q̃ꝫpio. Ne autem musicus ille celestis
dicat. Cantauimus vobis non saltastis. Chorus
euangelice doctrine consona voce respondet.
⁊ solenni tripudio fidem catholicam profitet
dicens. Patrem omnipotentez ⁊c̃. q̃ꝫuis i mis-
sa pape. quandoqꝫ aliter obseruetur. prout iam
dicetur. Ad hoc sacerdos illud incipiens mãet
erectus ante medium altaris. manibus extẽsis
sursum eleuatis quas postq̃ꝫ inceperat iungit.
Siquidem sacerdos christum representans
erectus manet. ad notandum ꝙ christus sem-
per paratus est cunctis spiritualia bona largiri
⁊ ante altaris medium innuens. ꝙ non est per-
sonarum acceptor. sed q̃ꝫtum in ipso est omni-
bus equaliter influit. nec scingulum diligit. ne-
qꝫ sinum. manibus quoqꝫ extensis. ad designã-
dum ꝙ paratus est habundanter bene meritis
illa largiri. sursum tamen eleuatis quasi ipso fa-
cto ostendens. ꝙ que sursum sunt querite atqꝫ
a deo misericordiam poscere. ⁊ in eo solo spera-
re debemus. Deinde poq̃ꝫ incepit manus iũ-
git: quia ei soli de perceptis bonis gratias age-
re ⁊ nos humiliare debemus. Et quoniã sym-
bolum verbum est euangelicum quo ad sensũ
ideo stando illud audire sicut ⁊ euangelium. ⁊
illo dicto signũ crucis facere debemus. Sym-
bolum autem grece latine sonat inditium vel si-
gnum vel collatio: tum quia regulam fidei ple-
nam indicat ⁊ perfectam: tum quia simul in v-
num fidei continet articulos. Et nota ꝙ tri-
plex est symbolum. Primũ est symbolum apo-
stolorum: quod vocatur symbolum minus: qd̃
videlicet ex institutione Damasi pape dicit ta-
cite per ferias in singulis canonicis horis. Et il-
lud dicitur a sin quod est con. ⁊ bolos quod ẽ
sententia: quia compositum fuit ex diuersis v̓-
bis apostolorum. sicut pueri in festiuis conue-
nientes afferre solent bolos idest frustra carni-
um ⁊ panis: que in vnum collecta symbolũ vo-
cantur idest collectio minutiarum. xliiij. di. nõ
oportet. Traditur enim ꝙ postq̃ꝫ apostoli spiri-
tum paraclytum acceperunt. cũ iam forent ad
predicandum euangelium profecturi conferẽ-
tes in vnum super articulis fidei statuerunt: vt

ſicut omnes erant in vna fidē cōcordes. ſic om
nes vnam fidem concorditer predicarent. ⁊ iō
ſymboluȝ minus componētes. vnuſquiſqȝ bo-
lum ideſt particulam vnam appoſuit. Unde ſe
cundum apoſtolorum cathalogum ſiue nume
rum duodecim particulas dinoſcitur contine
re. Petrus nanqȝ appoſuit. Credo in deum pa
trem omni. cre. ce. ⁊ ter. Andreas. Et in Jheſuȝ
chriſtum filium eius vnicum dominum nr̄m.
Jacobus. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto
natus ex Maria virgine. Joānes. Paſſus ſub
poncio pilato crucifixus mortuus ⁊ ſepultus.
Philippus deſcēdit ad inferos tertia die reſur
rexit a mortuis. Bartholomeus. Aſcēdit ad ce
los ſedet ad dextram dei patris omnipotentis
Thomas. Jnde venturus eſt iudicare viuos ⁊
mortuos. Matheus. Credo in ſpirituȝ ſanctuȝ
Jacobus. Sanctam eccleſiam catholicam ſan
ctorum cōmunionem. Symon. Remiſſionem
peccatorum. Thadeus. Carnis reſurrectioneȝ.
Mathias. Et vitam eternam. Scōm ſym-
bolum eſt. Quicunqȝ vult ſaluus eſſe ⁊c̄. Ab A
thanaſio patriarcha alexādrino in ciuitate tre
ueri compoſitum. Hoc tamen poteſt dici terti
um. nam nicenum de quo ſequitur fuit prius ī
prima nicena ſynodo compilatum. Tertiuȝ
eſt nicenum. xv. di. c. i. ſ. Credo in vnum deum
quod Damaſus papa ex condicto vniuerſalis
ſynodi apud conſtantinopolim celebrate inſti
tuit in miſſa cantare patenter. quāqȝ ⁊ Mar-
cus papa primus ſtatuiſſet illud alta voce can
tari. ⁊ vocatur ſymboluȝ maius. A grecis ergo
vſus cantandi ad miſſam ſymboluȝ creditur ꝑ
ueniſſe ꝙ ſimiliter duodecim clauſulas conti-
net. Prima eſt. Credo in vnum deum ⁊c̄. Se-
cunda. Et in vnum dominum Jheſum chriſtū
Tertia. Qui propter nos homines ⁊c̄. Et cū di
citur ibi. Et homo factus eſt debemus genua
flectere: quia chriſtum hominem factuȝ ⁊ pro
nobis crucifixum adoramus. Quarta crucifixꝰ
etiam pro nobis. Quīta. Et reſurrexit tertia die
ſecundum ſcripturas ideſt eo modo eo ordine
⁊ eo tempore quo predictum eſt in ſcripturis.
Sexta. Aſcendit in celum. Septima. Et iterum
venturus eſt ⁊c̄. Octaua. Et in ſpiritū ſanctum
dominum. Nona. Et vnam ſanctaȝ catholicaȝ
eccleſiam. Decima. Confiteor vnum baptiſma
Undecima. Et expecto reſurrectionem mortu
orum. Duodecima. Et vitaȝ vēturi ſeculi amē.

Et eſt notanduȝ ꝙ in predictis niceno ⁊ cō
ſtantinopolitano concilijs nō leguntur verba
illa. ſecundum ſcripturas. neqȝ illa. filioqȝ pro-
cedit. Et quoniā apud grecos in fine ipſiꝰ ſym
boli ſub anathemate dicitur prohiberi. ne quiſ
de fide trinitatis aliud docere. vel aliter predi-
care q̄ȝ ibi cōtinetur preſumat. Sed ⁊ calcedo
nenſ. concilium apud eos celebratum. anathe
mazari precepit eos: qui alteram fidem auſi eſ-
ſent componere. proferre ſcribere. docere. vel a
liud ſymboluȝ tradere q̄ȝ premiſſum eſt. Jdeo
ipſi greci nos anathematizatos aſſerunt. ꝓ eo
ꝙ ibi addimus verba ipſa. Sed minus bene di
cunt: tum quia illud non fuit canon late ſentē
tie: ſed cōminatio quedaȝ: extra de ſagit. c. vni-
co. C. conuiuas epiſtolas. l. i. tum quia inferior
potentiorem ligare non poteſt. xxj. di. inferior.
Romana enim eccleſia non ſubē concilijs: ſed
pocius concilia ſubſunt ſibi: extra de elec. ſigni
ficaſti. Preterea verba illa ſecunduȝ ſcripturas
ſumpta ſunt ex expoſitione fidei eiuſdem con-
cilij conſtantinopolis. ⁊ ſic nihil videtur addi-
tum. nec errorem aliquem ſapiunt. Sane vt ſu
pra ſunt expoſita intellecta. Jteȝ per verba illa.
filioqȝ non docemus aliud vel aliter de trinita
te predicamus. immo idem. Cū enim filius idē
ſit cum patre in ſubſtancia. ergo quod a patre
procedit ⁊ a filio procedit. ⁊ ſic nihil addimus
ſed pocius declaramus. nec alteram fidem cō-
ponimus. proferimus. ſcribimus. vel aliud ſym
bolum tradimus. nec in aliquo contra predic-
tum facimus anathema. Miruȝ tamen ē quo
auſi ipſi greci ſpiritum ſanctum a filio procede
re negare preſumunt. cum ⁊ hoc in concilio e-
pheſino apud eos edito cōtineatur expreſſe de
con. di. v. c. vl. ⁊ penul. Sed ipſi ſe erraſſe viden
tes. quoſdam prelatos de ſuis ad generale con
cilium lugdun̄. ſub Gregorio papa decimo cele
bratum miſerunt: qui in dicto concilio publi-
ce nobis videntibus ſuo ⁊ omnium prelatorū
⁊ imperatoris romani nomine profeſſi ſunt ꝙ
ſpiritus ſanctus eternaliter ex patre ⁊ filio. nō
tāqȝ ex duobꝰ pricipijſ: ſȝ tanqȝ ex vno ꝑncipio
nō duabꝰ ſpirationibus ſed vnica ſpiratiōe ꝓ-
cedit: prout in eiuſdem Greg. conſtitutione: ex
tra de ſumma tri. fideli. habetur coram toto cō
cilio ter grece ⁊ ter latine. ſymbolum cum dic-
tis verbis. ſecundum ſcripturas ⁊ filioqȝ ſolen
niter decantando. Cātatur autem hoc ſym
bolum maius in ſolennitatibus eorum dunta
xat qui illud compoſuerunt. ⁊ in illis de quibꝰ
aliqua mentio fit in ipſo: videlicet in omnibus
diebus dominicis. Jn feſtiuitatibus domini. ſ
in natali. epyphania. cena domini. paſcha. aſcē
ſione. penthecoſten. in transfiguratione. ⁊ ī fe-
ſto de trinitate. ⁊ in omnibus feſtiuitatibuſ be
ate Marie. ſancte crucis. angelorum ⁊ apoſto
lorum. de quibus fit mentio ibi. Et apoſtolicaȝ
eccleſiam. Jn ſolennitatibus auteȝ luce ⁊ mar-
ce euangeliſtarum dicunt quidam non deber̄
cantari: quia illi apoſtoli non fuerunt. Jtem di
ci debet in dedicationibus eccleſiarum. ⁊ ī cō-
memoratione omniū ſcōꝝ tanqȝ ⁊ ipſa ſi dedi

cationis festiuitas. Et dicitur etiam infra octa
uas natalis domini.excepta die innocentum i
qua cantica leticie subticentur. In octaua ta-
men cantatur prout ĩ sexta parte sub illo festo
dicetur. Cantatur etiaꝫ infra octauas epypha-
nie.pasce.ascensionis.penthecostes.apostoloꝝ
petri ⁊ pauli. ⁊ assumptionis beate Marie. li-
cet enim in natiuitatibus sanctorum Joannis
baptiste ⁊ sancti Laurentij symbolum non cã
tetur.in octauis tamen eorum cantatur. eo ꝙ
infra octauas apostoloꝝ ⁊ assumptionis oc-
currunt. ⁊ ob hoc etiam in octaua sancti Joã
nis baptiste prefatio de apostolis. ⁊ in octaua
beati Laurencij.prefatio de assumptione can-
tatur. In quibusdam tamen ecclesijs dicitur
symbolum in festo Joannis baptiste. ⁊ non in
competenter:quia in symbolo de propheta fit
mentio ibi qui locutus est per prophetas. ⁊ q̃a
ipse non solum fuit propheta: sed plusqꝫ ꝓphe
ta.De ipso quoqꝫ scriptum est. Fuit homo mis
sus a deo ⁊c̃. ⁊ ita fuit apostolus.de ipso etiam
ait Jo. os aureum in sermone qui legitur in fe
sto decollationis. Jo.par angelis. apostoloꝝ
vox. Ipse etiam primo baptizauit ⁊ baptismũ ꝑ
dicauit. ⁊ in symbolo fit mentio de baptismo.
Horum quidem omnium fit cõmemoratio in
symbolo. Quorundam tamen obscure vt epy-
phanie.est tamen illud festum domini.est etiã
festuꝫ illud baptismatis. de quo in symbolo cõ
tinetur ibi. Confiteor vnum baptisma ⁊c̃. ⁊ ce
ne domini:sed illa est solẽnitas eucharistie. ad
quam respicit illud. sanctorum cõmunionem.
⁊ angelorum.sed illi nomine celi debent intel-
ligi.de quo in symbolo dicitur ibi. Creatorem
vel factorem celi ⁊ terre ⁊c̃. Quibusdam tamẽ
videtur tunc non esse cantandum.eo ꝙ ange-
li nunqꝫ habuerunt fidem sed spem nec credũt
sed sciunt:quoniam plenam scientiam habent
Fit etiam cõmemoratio licet obscure dedica-
tionis ecclesiarum.sed ad illam respicit illud.sã
ctam ecclesiam catholicam.tunc enim sanctifi
catur. ⁊ vt ita dicam.catholizatur ecclesia cum
dedicatur. Ad octauas vero respicit.r̃surrectio
mortuorum.de qua dicitur ibi. Et expecto re-
surrectionem mortuoꝝ. In festo sancte agne
tis symbolum non cantatur:quia licet in eccle
sia celebretur.non est tamen festum octaue.ꝓ
ut in septima parte sub ipso festo dicetur. Por
ro quidam non absurde symbolum cantãt sin
gulis diebus a die resurrectionis vsqꝫ ad festũ
ascensionis.sicut in omnibus diebus domini-
cis. ⁊ etiam in solẽnitate beate Marie magda
lene dicentes illam fuisse apostolorum aposto
lam.eo ꝙ ipsa primo resurrectionis gaudiuꝫ a-
postolis nunciauit. ⁊ in festo beati Martini:
quia de eo cantatur Martinus par apostolis.

Quidam etiam dicunt illud in principali festo
cuiuslibet ecclesie seu oratorij:non tamen in o
ctauis illorum si eas celebrent. Veruntamẽ
de quibusdam mentio fit in symbolo in quoꝝ
cõmemoratione symbolũ non cantatur.vt pas
sionis ⁊ sepulture:qm̃ illoꝝ dieꝝ officium alio-
rum officioꝝ regulam non sectatur. Non di-
citur etiaꝫ qñ in profestis celebratur ad hono-
rem beate virginis.vel sancte crucis. vel sancti
spiritus.extra de cele.mis.consilium. In qui
busdam locis cantato symbolo.vel cum canta
tur populus cantat kyrieleison:qm̃ postqꝫ xp̃s
⁊ apostoli docuerunt fideles fide recepta.lau-
des deo dederunt:quas forsitan representat su
auissimi symboli melodia. Illud autem sciẽ
dum est ꝙ xp̃s non venit predicare gentibus:
sed iudeis. Juxta illud euangelij. Non sum mis
sus nisi ad oues que perierunt dom⁹ israel.vn
de precepit apostolis. In viam gentium ne ab
ieritis. ⁊ in ciuitates samaritanoꝝ ne intraueri
tis.donec post resurrectionem precepit eis di-
cens. Euntes in mundum vniuersum predica-
te euangelium omni creature. Et iccirco roma
no pontifice solenniter celebrante symboluꝫ fi
dei non cantores in choro:sed subdyaconi ad
altare decantant. ⁊ generaliter ipsi ad vniuersa
respondent vsqꝫ dum ipse pontifex dicit. Pax
domini sit semper vobiscum: qm̃ vsqꝫ post xp̃i
resurrectionem sola iudeoꝝ ecclesia que ꝑ sub-
dyaconos qui sursuꝫ ad altare consistant desi-
gnatur.corde credit ad iusticiam. ⁊ ore confes
sio est ad salutem:extra de sacra vnc.c.i.sed ex
tunc cantores in choro respondent ⁊ vniuer-
sa decantant: quia post resurrectionem eccle-
sia gentium quã cantores qui deorsum in cho
ro subsistunt.designant fideꝫ xp̃i. recepit ⁊ lau
dum preconia personant saluatori. Inter e-
uangelium tñ ⁊ sacrificiuꝫ chorus concinit of
fertorium:qm̃ inter passionem ⁊ predicationẽ
gentilitas fidei votũ deo offerens cantauit.qñ
mulier cananea de finib⁹ tyri. ⁊ sydonis egres-
sa clamauit ⁊ dixit. Miserere mei dñe fili Da-
uid. Filia mea male a demonio vexatur:cuius
tandem fidem cõmendans dñs ait. O mulier
magna est fides tua.fiat tibi sicut petisti. Po
stremo symbolum apl'oꝝ tanqꝫ breue ⁊ omnia
cõtinens sub compendio exponamus. Credo
in deum patrem omnipotentem creatoreꝫ celi
⁊ terre ⁊c̃. Nota ꝙ aliud est vt ait Aug.cre-
dere deo.aliud est credere deũ. ⁊ credere in de
um. Credere deo.est credere vera esse que loq̃
tur:qd̃ etiam mali faciunt. ⁊ nos credimus ho
mini ⁊ non in homine. Credere deum est cre-
dere ꝙ ipse sit deus.qd̃ etiã demones faciunt.
Credere in deum est credendo amare. ⁊ credẽ
do in eũ ire.credendo ei adherere:qd̃ soli boni

faciunt. ergo qui dicit credo in deum mentit᷑
si non diligit deum. nisi dixerit ꝙ in persona ec
clesie loquitur. dicens autem deum singulari-
ter deorum fugit pluralitatem. vnde notabilit᷑
in maiori symbolo additum est hoc verbum.
Juxta illud. Audi israel. dominus deus tuus v
nus est. Et apostolus. vnus deꝰ. vna fides. vnū
baptisma. dicens vero patrem incipit personas
distinguere. de quibus ysa. Quis appendit tri
bus digitis molē terre. Et alibi seraphin cla
mabat sanctus sanctus sanctus. ⁊ dominꝰ. ba
ptizate omnes gentes in nomine patris ⁊ filij
⁊ spiritus sancti. Et Jacobus. Tres sunt qui te
stimonium dant in celo: pater: verbum: ⁊ spiri-
tus sanctus. Pater est prima non tempore sed
auctoritate in trinitate persona. Quod sequit᷑.
omnipotentem. nomen est essentiale. ideoq; il
lud ad substantiuum deum. vel ad relatiuū pa
trem. non sine ratione referimus dicētes. Cre-
do in deum patrem omnipotentem. vel credo
in patrem omnipotentem. Similiter ⁊ qd̄ seq̄-
tur. Creatorem celi ⁊ terre. vbi confutatur her̄
ticus qui alium celi: aliū terre asserit creatorē.
Alium celestium: alium terrestrium: alium cor-
porum: alium animarum. contra quos ait mo-
yses. Jn principio creauit deus celum ⁊ terrā.
Et dauid. Jn principio tu domine terram fun
dasti: ⁊ opera manuum tuarum sunt celi. Et a-
postolus. Jn ipso condita sunt vniuersa in ce-
lo ⁊ in terra. Sequitur. Et in Jhesū christū
filium eius vnicum dominum nostrum. Ecce
altera in trinitate persona. hic est Jhesus q̄ sal
uum facit populum suum a peccatis eorum. h
est christus oleo leticie. preconsortibus vnctus
hic est enim vnicus patris filius. de quo dauid
Filius meus es tu: ego hodie genui te. Et apo-
stolus. Misit deus filium suum natum de mu
liere factum sub lege hic est dominus noster:
quia nos creauit: qui nos seruos alienos ꝑcia
sanguinis emit. Sequitur. Qui conceptꝰ est
de ipiritu sancto. natus ex maria virgine. Ecce
primū christi sacramentum scilicet incarnatio.
ac si dicat. Qui cum sit deus. factus est homo.
non ex virili semine. sed conceptus operatione
spiritus sancti. natus ex maria virgine. vnde y
sa. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. ⁊ voca
bit nomen eius emanuel. Et angelus in euāge-
lio. Aue maria gratia plena dominus tecum.
Et illa. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ v̄-
tus altissimi obumbrabit tibi. Quidum tam̄
hec verba. Qui conceptus est de spiritu sancto
iungunt cum precedentibꝰ. Sequitur. Pas
sus sub poncio pilato crucifixus mortuus ⁊ se
pultus. Ecce secundum sacramentū secundū
humanitatem christi scilicet passio cuius tem-
pus describitur sub poncio pilato. Forma sub

diuiditur crucifixus. Finis concluditur mor-
tuus ⁊ sepultus. vnde plangens dicit ex ore da
uid. ⁊ Hieremie. Foderunt manꝰ meas ad pe-
des meos: ⁊ dinumerauerunt omnia ossa mea
De morte ait propheta. domini domini fuit ex
itus mortis. De sepulchro ait ysa. Sepulchrū
eius extitit gloriosum. hec sunt in euāgelio ma
nifesta. Sequitur. Descendit ad inferos: ter-
tia die resurrexit a mortuis. Ecce tertium sacra
mentum scilicet resurrectio. sed ō descensu ad
inferna premittitur: ex quo mortui liberantur.
vnde in Osee. De manu mortis liberabo eos. ō
morte redimā eos. ero mors tua o mors mor-
sus tuus ero inferne. Hic est euangelicus fortis
qui fortem ligauit. ⁊ eius vasa diripuit. hic est
qui dicit in ꝑs. Ego dormiui ⁊ soporatus sum
⁊ exsurrexi: quoniā dominus suscepit me qui
patri dicenti. Exurge gloria mea exurge cū psal
mis ⁊ cythara. Breui sermone respondet. exur
gam diluculo. cuius resurrectioni mulieres et
viri perhibent testimonium in euangelio. Qd̄
autem dicitur ī maiori symbolo. Resurrexit ter
tia die secundū scripturas. exponitur idest eo
modo eo ordine ⁊ eo tempore: quo predictum
est a scripturis. Sequitur. Ascendit ad celos
sedet ad dextram dei patris omnipotentis. Ec
ce quartum sacramentum scilicet ascēsio. Ascē
dit enim sicut ait dauid super cherubin. ⁊ vola
uit super pennas ventorū. ⁊ parauit in celo se
dem suam. ⁊ regnum eius omnibus domina-
bitur. Cui ait pater sede a dextris meis donec
ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Et
vt ascensioni de visu quoq; testimoniū non ō
esset. ait Lucas. Uidentibus discipulis elauatꝰ
est. ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eorum.
Sequitur. Jnde venturus est iudicare viuos ⁊
mortuos. Ecce quintum quod nondum aptū
est sacramentū. veniet enim rex manifeste cui
pater iudicium dedit. Et sicut ait dauid. Para
uit in iudicio thronum suum. ⁊ iudicabit orbē
terre in equitate. iudicabit populus in iusticia.
Et alibi deus manifeste veniet deꝰ noster ⁊ nō
silebit. Et Lucas. Jta veniet sicut vidistis eum
euntem in celnm. Et micheas. Judiciū domi-
ni cum populo suo. Sequitur. Credo in spi
ritum sanctum. Ecce tertia in trinitate. scilicet
spiritus sanctus. de qua moyses. Spiritus do-
mini ferebatur super aquas. Et ꝑs. Flauit sp̄s
eius ⁊ fluent aque. Et dn̄s in euangelio. Sp̄us
qui a patre ꝓcedit docebit vos omnia. Jlle eiū
docet. ille sanctificat. ille viuit. ille peccata r̄mit
tit. per hunc resurrectionē in gloria. per hūc cō
sequimur in vitam eternā. Unde sequitur:
Sanctā ecclesiam catholicā. Et possunt hec v̄
ba et sequentia sic intelligi ⁊ cōiungi. Credo ī
spiritū sanctū: sanctam ecclesiam carbolicā .i.

Credo per spiritum sanctum.i.sanctam ecclesi
am fidelium sanctificari. Item credo in spiritū
sanctū sanctoꝝ cōmunionem.i. per spiritū san
ctum.sanctos in vinculo caritatis vniri. Et cre
do in spiritum sanctum remissionez peccatorū
idest per spiritum sanctum peccata remitti. Et
credo in spiritū sanctū carnis resurrectionē. et
vitā eternā idest per spiritū sanctū gloriā ⁊ car
nē consecuturam ⁊ animā vitā eternā.vel sic.
Credo sanctā ecclesiā catholicaz.non ita dici-
mur vt asserit Augustinus d con.di.iiij. prima
in fine. Credere in ecclesiā sicut in deuz:sed in
ecclesiā sanctā catholicā credimus. dum in ec
clesia conuersantes.⁊ i deum credimus.⁊ que
sequuntur nos inde firmissime consequi profi
temur scilicet sancta sanctoꝝ cōmunionem re
missionem peccatoꝝ carnis resurrectionem et
vitam eternam.vnde sic coniūges. Credo i san
ctam ecclesiam catholicam: sanctoꝝ cōmunio
nem.i.per fidem quam habeo existens in sanc
ta ⁊ vniuersali ecclesia assequor sanctoꝝ cōmu
nionem.i.concordiam ⁊ vnionem. Sicut eniz
est vnus pastor.sic vnum ouile.sicut vnus deꝰ
sic vna fides.⁊ vnum baptisma.vel ꝑticipo san
ctoꝝ cōionem.i.panem benedictionis.de quo
dicitur. Crede ⁊ manducasti de cō.di.ij.vt q̇d.
Similiter ⁊ que sequuntur. Credo in sanctam
ecclesiam peccatoꝝ remissionez.i. per fidē quā
habeo existens in sancta ⁊ vniuersali ecclesia.
consequor remissionem peccatoꝝ ⁊ lepre cura
tionem.de qua dicitur in lege ⁊ euangelio.ma
ria soror aaron cum septez diebus fuerit extra
castra.est a lepra mundata.l.di.§.econtra. Na
amansyrus septies latus in iordane. est a lepra
curatus.sic ⁊ dominus decem leprosos mun-
dauit.sed vnus tm̄ dedit gloriam deo. De mag
dalena dicitur:qr dimissa sunt ei peccata mul-
ta:quia dilexit multum. Paralytico quoqꝫ ait
dominus. Fili remittuntur tibi peccata tua.

Sequitur. Credo in sanctam ecclesiam ca-
tholicam. carnis resurrectionem idest per fidē
quam habeo existens in ecclesia cōsequor car-
nis resurrectionem.de qua Job. Credo ꝙ re-
demptor meus viuit:⁊ in nouissima die de ter
ra surrecturus sum.⁊ in carne mea videbo de-
um saluatorem meum.vnde in euangelio. deꝰ
Abrahaz.deus Ysaac ⁊ Jacob.nō est deꝰ mor-
tuoꝝ sed viuoꝝ. Et apostolus. Omnes quidem
resurgemus:sed nō omnes īmutabimur. Simi
liter coniungendum est quod sequitur. Credo
in sanctam ecclesiam catholicam vitaz eternā
idest per fidem quā habeo existens in ecclesia.
consequar vitam eternam.hec est terra viuen-
tium.de qua dauid. Credo videre bona domi
ni in terra viuentium. Est autem vita eterna vi
dere deum patrem. ⁊ quem misit Jhesum xp̄z

de hoc etiaz sub sabbato sancto in sexta parte.
vbi agitur de baptismo dicetur.

De predicatione. Rubrica.

Uoniaz vt pre
missum est euangelium predica-
tio est.⁊ symboluz fidei professio
deo post illa fit pplo predicatio.
q̄i euangelici verbi ⁊ symboli siue noui ⁊ vete-
ris testamenti expositio:qui modus sumptꝰ est
ex libro Hieremie in principio vbi legitur. Et le
gerunt leuite in libro legis dei. Hieremias aūt
sacerdos ⁊ Esdras scriba interpretabantur po
pulo vniuersa.preterea mouebantur antiquitꝰ
qui in fraterno odio erant.vel ad concordiam
venirent priusq̄ꝫ cōicarent.⁊ munde essent pri
usq̄ꝫ coram sua saluatore:cui nota sunt secreta
cordiuz apparerent.ex quo siquidem predican
di vsus in ecclesia inoleuit. Inde etiam est ꝙ o
ratio dominica que ad primā. ⁊ in alijs horis
voce dimissa dicitur ad missam alta voce ⁊ pa
tenter dicatur. Et ī ea huiusmodi fraterna mo
nitio continetur.cōiter tm̄ post predicationem
symbolum decantatur: quia fidem predicataz
se tenere ecclesia profitetur. Uex cum predi
cando officium priuilegiatum sit. nullus predi
care debet nisi cui cōmittitur.aut cui ex officō
sibi iniuncto incumbit. Juxta illud apostoli.
Quomodo predicabunt nisi mittantur:extra d
hereticis.cum ex iniuncto. ⁊ ideo predicaturꝰ
licentiam petit dicens. Jube domine. Debz au
tem predicator loco eminentiori esse sicut ⁊ e-
uangelium legens propter rationes sub titulo
de euangelio scriptas. Nam ⁊ Jhesus videns
turbas ascendit in montem ⁊ aperiens os suū
docebat eos mathe.v. Et Esdras fecit gradum
ligneum ad loquendum:vt dictum est in p̄ma
parte sub titulo de ecclesia vbi de pulpito agit̄
Debet tamen humiliter proferr̄ que docet.nec
fm Grego.xlvj.di.habet in fine.illuz elatis mo-
ribus predicet quem in cordibus audientium
sacris sermonibus insectatur. Et fz Ambrosiū.
predicatio xp̄iana non indiget pompa.nec cul
tu sermonis. Debet quoqꝫ fm Gregoriū predi-
cator esse discretus in silentio. vtilis in verbo.
ne aut tacenda proferat: aut proferenda retice
scat.xliij.di.sit rector. Sunt tm̄ nōnulli hꝰ doc-
trine obliti:qui sicut ait Beda.ij.q.vij.secuti sūt.
Auditores suos in precipiciū mergunt:quibus
nō salutaria que corrigant: sed que illos delec
tant erronea predicant. Alij vō fm Gregorium
xlix.di.hinc ⁊ enim.viij.q.i.oportet.xliij.di.§.fi.
dum extimari ebetes volunt.sepe ex imodera-
ta subtilitate se in quibusdam inquisitionibus

plusq̄z expediat exercent. secreta misteria sua p̄-
dicatione non intelligentibus reserando. opor-
tet enim eum qui docet ⁊ instruit pro ingenio
discentium. semetipsum aptare. ⁊ verbi ordinē
pro audientium capacitate dirigere: quoniam
qui docet ea que ab auditoribus intelligi neq̄
unt. non ad eorum vtilitatem se ad sui ostenta
tionem facit vt plura scire videatur. vel adulati
one vt eis placeat quibus secreta reuelat. Jux-
ta quod apostolus ait. christus me misit predi
care non in sapientia verbi. In concilio car
thagineñ. de con. di. i. sacerdote statutū est vt
sacerdote verbum scilicet predicationis in ec-
clesia faciente: qui egressus de auditorio fuerit
videlicet contempnens excōmunicetur. P⁹
predicationem fit confessio ⁊ indulgentia pro
commissis ⁊ omissis cōcedetur: vt sic consciē-
tijs emundatis. Juxta illud propheticū. Et sco-
pebam spiritum meum. accedant singuli ad cō
munionis sacramentū: quod mox in missa vel
sacramentaliter vel spiritualiter recepturi sunt
que spiritualis cōmunio fit per fidem operan-
tem per dilectionē. Juxta illud August. Credō
⁊ manducasti de con. di. ij. vt quid.

Secunda pars misse
de offertorio. Rica.

Ecūda pars misse in of-
fertorio siue in dominus vobiscū
incipit: que in quatuor subdiuidi
tur particulas. Prima dicitur se-
cretella. Secūda prefatio. Tertia canon. Quar-
ta oratio dominica cum sua prefatione scilicet
Preceptis salutaris. Potest etiam quicq̄d ab
hoc loco vsq̄z in finē misse dicitur secreta voca
ri: que secreta in quinq̄z diuiditur partes. Pri-
ma est ab offertorio vsq̄z ad prefationē. ⁊ hoc
specialiter dicitur secreta. Secunda dicitur pre
fatio. Tertia canon. Quarta oratio dominica.
Quinta est embolismus. Quina etenī fuit do-
minici sanguinis effusio. Prima in circumcisi
one. Secunda in sudore. Tertia in flagellatōe.
Quarta in crucifixione. Quinta in mortui lan-
ceatione. Sane ordo cōueniens est: vt post
predicationem sequatur fides in corde. laus in
ore. fructus in opere. Predicatio quidem est ī
euangelio. fides in symbolo. laus in offertorio.
fructus in sacrificio. quapropter offerenda cā-
tatur. quia sacrificium laudis offertur. vnō ps.
Circuiui ⁊ immolaui in tabernaculo eius. ho-
stiam vociferationis cantabo ⁊ psalmū dicam
domino. Et in paralipomeñ. cum offerrent ho

locausta ceperunt laudes canerē domino orga
nis. ⁊ in diuersis que dauid rex comparauerat
concrepare. Offertorium quidem inter euāge-
lium ⁊ sacrificium canitur. prout in titulo de
symbolo dictum est. Sacerdos autē dictu-
rus oremus. premittit dominus vobiscum. q̄si
diceret. nisi dominus sit vobiscum orare n̄ pos
sumus ad salutem nostram. Subiicit ergo ore
mus monens populum orare: vt fidem in sym
bolo recitatam credat. ⁊ in ea stabilis permāe-
at: quia ⁊ christus discipulis suis dixit. Orate
⁊c̄. Luce. xxij. Monens etiam vnumquēq̄z ad
se redire. conscientiam suam discutere. ⁊ seip̄z
in holocaustum iustum deo offerre. Prius er-
go q̄z chorus cantet offertorium. salutatur a sa
cerdote vt possit deuote cantare. Et mox post
q̄z ille dixit oremus. chorus cantat canticū of
ferentium siue offertoriū. ⁊ populus offert: vt
notetur ꝙ post impletionem mandatorum. of
ferimus nosmetipsos. sicut sub titulo de oblati
one dicetur. Ac si vnusquisq̄z offerens dicat.
Credo. ⁊ fidem quam in symbolo ꝓfessus sum
opere compleo. ⁊ orationi sacerdotis cōsentio
vnde ⁊ sacerdos statim offert dona consecrā-
da. Et attende ꝙ offertorium versus cū mul
ta diligentia ab antiquis patribus inuenti. ho-
die in plerisq̄z locis omittuntur. tum breuitatis
causa: vt tam ministri q̄z populus oblationib⁹
orationi ⁊ sacramento altaris liberius vacent.
tum etiam quia sicut ait Augustin⁹. xij. di. oīa.
Ipsam christianam religionem paucissimis et
manifestissimis celebrationum sacramētis mi
sericordia dei voluit esse liberam. Et sm̄ Hiero
nimū de con. di. v. non mediocriter. Melior ē
quinq̄z psalmorum cum cordis hilaritate decā
tatio quam totius psalterij cum anxietate mo-
dulatio. verborum etenim multitudine de⁹ fle
cti non potest. Solū ergo in offertorio quod
dicitur in missa pro defunctis. versus ipsi ho-
die dicuntur quia officium illud non sequitur
in multis normam alterius officij. Porro a
patribus introductum est vt offertorium can-
tetur: qui vt premissum est quando offerebant
in tubis clangebant. hilarem nanq̄z datorē di
ligit deus. xxiij. q. vj. §. ex his. Inductum est eti
am ex eo ꝙ Salomon in dedicatione templi ⁊
altaris innumerabilem multitudinē holocau-
storum obtulit cum magna solēnitate. ⁊ a mo
yse cui descendenti de monte ⁊ populum salu
tanti ⁊ oranti occurrit populus ⁊ munera ob-
tulit. Cantatur etiam offertorium dum offer-
tur ad memorandum iocunditatem israelitici
populi offerentis donaria ad edificium taber-
naculi. vel potius ad designandum clamorem
mulieris. de qua legitur ī apoc. xij. c. Mulier. i.
ecclesia. amicta sole idest christo quem induit

in baptismo habens lunam sub pedibus idest omnia mutabilia calcans. et in capite coronam duodecim stellarum. idest chorum duodecim apostolorum. et habens in vtero supple ea que in sui initio gesta sunt clamat perturiens. et cruciatur vt pariat. Clamorem ergo eius perturientis vel salubrem domini cruciatum imitatur offerenda. per suum grauem et grandi sonum cantum: que neumis distincta et versibus fecundata. quantum vis longa iubilatione: quod significat non satis exprimere valet. Quis tamen offertorium cantare instituerit ignoratur. Traxit nomen offertorium a ferta quod est oblatio que in altari offertur. et a pontificibus consecratur. inde offertorium dicitur quasi prefertum: ablatio vero vocatur quia offertur. dicitur etiam offertorium: quia dum offerenda cantatur sacerdos accipit oblationes vel hostias a ministris. de quibus sub titulo de oblatione dicetur.

Aduertendum autem est quod licet sacerdos premittat oremus. non tamen immediate orat. imo thurificat oblationes recipit. et alia agit. quia ipso facto dicat. non cessat orare: qui non cessat bene agere. Dum ergo offertorium canitur: et incensum portatur instante memoria dominice possionis silentium obseruat vsque dum alta voce dicit. Per omnia secula seculorum. Illud insinuans quod Jhesus post suscitationem lazari non palam ambulabat apud iudeos cum cogitarent eum interficere: sed abiit in ciuitatem que dicitur effren. et ibi morabatur cum discipulis Collegerunt enim pontifices et pharisei consilium. et vnus ex ipsis cayphas nomine dixit. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo. et non tota gens pereat. Et ab illo die cogitauerunt eum interficere. de hoc dicetur sub titulo de inclinatione sacerdotis.

De manuum ablutione. Rubrica.

Riusquam sacerdos offerat. manus iterum lauat quamuis prius dum vestibus se ornaret lauisset. prout dictum est sub titulo de capitis copertione. Et etiam post secundam thurificationem iterum lauat vt sic magis ac magis mundatus offerat hostiam immaculatam sanctam deoque placentem. Nam et ps. Cum mundatus esset petebat amplius emundari dicens. Amplius laua me ab iniquitate mea et a peccato etc. Lauat autem semper ad dextrum cornu altaris. Nam dextra prosperitatem. sinistra aduersitatem significat. quia igitur pluries peccatur in prosperis quam in aduersis. Juxta illud ps. Cadent a latere tuo scilicet sinistro mille. et decem milia a dextris tuis. merito magis lauandum est ad dextram quam ad sinistram. Sacerdos itaque hostiam oblaturus lauat manus. ad significandum quod lauare ac mundare debet conscientiam lachrymis penitentie et compunctionis. Juxta illud. Lauabo per singulas noctes lectum meum. lachrymis meis stratum meum rigabo. Et ideo tunc dicit. Lauabo inter innocentes manus meas. idest opera. Et ysa. Lauamini et mundi estote. Nam et christus priusque verum et vnicum sacrificium in ara crucis offeretur in resuscitatione lazari. lachrymas miseratus effudit. euangelista testante. Jhesus inquit infremuit spiritu turbauit semetipsum. et lachrymatus est. Lauat etiam manus ne reus sit corporis et sanguinis domini. Juxta illud. Munde sum manus mee a sanguine iusti huius. et vt mundi sint a terreno pane. iam in populi oblatione recepto vel a terreno desiderio.

De pallis corporalibus. Rubrica.

venti pennas habere dicunt ppter velocitatē scilicet iuxta illud. Qui ambulat super pennas ventorum. Archangeli ergo grece summi nuncij interptantur. qui enim parua vel minima annūciant angeli sunt qui summa archangeli nuncupantur. Archangeli ergo dicunt eo q inter angelos teneant pncipatum. naz archos grece latine princeps interptatur. Sunt enim duces et pncipes sub quorum ordine vnicuiqz angelorum sunt officia deputata. Quidam autem archangelorum priuatis nominib appellant vt p vocabula ipsa in ope suo quid valeant designetur. Gabriel nāqz hebraice interptatur. latine fortitudo dei vbi etiā ipsa potentia diuina vel fortitudo manifestatur. Gabriel mittitur. vnde ipse annūciauit christū nasciturum qui diabolum deuicit et humiliter ad debellandas aereas potestates venit. Michael interptatur quis vt deus. quando enī aliquid mire vtutis in mūdo fit hic archangelus mittitur. et ex ipso ope nomē est ei. qa nemo valet facere quod facere potest deus. vnde ipse missus est in egyptū ad immittendas illas plagas famosas. Quidam tamen dixerunt q Michael est nomen vnius angeli. Raphael interpretatur curatio vel medicina dei. vbicūqz enim curandi vel medicandi opus necessariū est: raphael archangelus mittitur. vnde ad tobiā missus est vt eum a cecitate liberaret. De gabriele et michaele. raphaele dicet in septima pte sub festo michaelis. Uriel interptatur ignis dei. sicut legimus apparuisse ignem in rubo. legimus etiā ignem missum desup et implesse quod pceptū est. Hec sūt nomina psonalia angelorum que nec a seipsis nec a deo iposita sunt sed ab hominibus. et nescitur a qbus nec alia psonalia inueniunt in scriptura. Alia vero sunt nomina ordinū. Ceterum throni. dominationes. vtutes. pncipatus et potestates. qbus vniuersam celestē societatē apostolus cōplectitur ordines angelorum et dignitates intelligunt vt iam dicetur. Sed p hac ipsa distributiōe officiorum. alii throni. alii dominationes. alii vtutes. alii principatus. alii potestates dicunt p certis dignitatibus quibus ad īuicem distinguūt. Throni sūt agmina angelorum qui latine sedes interptātur. et vocati sunt throni qa illic conditor presidet et p eos iudicia sua disponit. Dominationes sunt hi q in vtutibus et pncipatibus pemineut qui p eo q ceteris angelorum dominant agminib dominationes vocant. Nominant ergo hic ad notandum q eis magis assimilari debemus quia vsum dominandi docent. est enī vera dominatio facere dei voluntatē. Uirtutes angelice quedam ministeria phibent p quas i mūdo signa et miracula fiunt. ppter qd et virtutes dicunt. Principatus sūt q angelorum agminibus psunt q p eo q subditos angelos explendū ad ministeriū diuinū disponūt pncipatus vocabulū acceperūt. nam alii sunt q ad ministrant. alii qui assistunt. sicut et p danielem dicit. Milia miliū ministrabāt ei. et decies milies centena milia assistebant ei. Potestates sunt qbus virtutes aduerse subiecte sunt. et ide potestatū nomine nūcupantur. quia maligni spiritus eorum potestate coercent ne tantū noceant quātū cupiūt. nominant ergo hic ad notādū q potestatem diaboli arcere debemus.

Cherubin autem et ipsi sublimes celorū. potestates et angelica ministeria perhibent q ex hebreo in latino scientie multitudo seu plenitudo interptantur. Sunt enim sublimiora agmina angelorum p eo q vicinius sūt positi diuina scientia ceteris amplius sunt pleni. Ipsi sūt illa duo animalia sup ppiciatorium arche ficta ex metallo ppter significandam angelorum psentiam i quorum medio medius ostendit deus.

Seraphin vero multitudo est angelorum qui ex hebreo in latinum ardentes vel intendentes interptantur eo q p ceteris ardent et accendunt in caritate. et quia inter eos et deum nulli angeli consistunt. et ideo quanto vicinius coram eo consistunt. tanto magis claritate diuini lumīs īflammbāt. vnde et ipsi sicut Isaie legit. velant faciem et pedes sedentis in throno dei. Et idcirco cetera angelorum turba videre plene dei essentiam nō valet quoniā seraphin eā tegit sm Isidorum. nominat ergo hic cherubin et seraphin quia sicut illi toti in dei dilectione ardere debemus. Reperit autem hoc nomen seraphin neutrum et masculinum. sed neutraliter terminat in. n. vt in hoc loco beata seraphin. Masculine vero terminat in. m. vnde ppheta. Seraphim clamabant alter ad alterum. Hieronim dicit q cherubin et seraphin singularis sunt numeri et generis masculini cuius terminatō pluralis est p neutrum. non q in ministria dei sit sexus sed vocabula diuersis generib iuxta lingue pprietatē appellant. Greca vero consuetudo neutro genere p. n. scribit ioseph dicit cherubin et seraphin esse duo animalia volatilia put tactum ē in phemio h ptis. Premissa aūt ordinū nomina pter cherubin et seraphin et pter nomina angelorum et archangelorum latina sunt. verum cum nouem sint ordines angelorum sicut dictū est. qui postq decimus cadens ppter superbiam versus est i diabolū i pseuerātia eīne btitudīs solidati sunt

Queritur quare tribus exclusis sex tantum in pfatione cōmuni ponuntur in qua p celos throni accipiunt vt dictum est. Uidetur eniz ex hoc q illi cum ceteris maiestatem diuinam non glorificant et adorant. sed absit hoc. nam vtutes celorum omnes ordines comprehendunt

vt testatur Gregorius in omelia illius euãgelii Erunt signa ĩ sole ⁊ luna. vnde psalmista. Uerbo domini celi firmati sunt ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eoꝝ. ⁊ iteꝝ. Dominus ṽtutuꝫ ipse est rex glorie. vel forte licet occulta tamen circa hoc ꝓuisum est ratione. Dionisius quippe tres esse credidit hierarchias siue ordines ãgeloꝝ trinos in singulis ponens vt similitudo trinitatis in eis insinuetur imp̃ssa. ⁊ dicit̃ hierarchia a iebar quod est sacrum ⁊ archos quod ẽ p̃nceps quasi sacer p̃ncipatus. Sunt enim tres ordines superiores ⁊ p̃ncipales. tres inferiores tres medii. Superiores sunt cherubin. seraphĩ ⁊ throni. Medii sunt dominationes p̃ncipatꝰ ⁊ potestates. Inferiores sũt ṽtutes archangeli ⁊ angeli. de quoꝝ singulis medius ordo ĩ p̃fatione subtrahit̃ ad notandũ ꝙ comparatõe trinitatis eterne cuius maiestas in ea precipue recommendatur. omnis alia trinitas diminuta reperit̃ ⁊ imꝑfecta. nam quis in nubibus equabitur domino. quis similis erit domino ĩ filiis dei. De sup̃ioribus subtrahit̃ cherubin. de mediis p̃ncipatus. de inferioribus archãgeli. Hãc quippe eternam ⁊ indiuiduam trinitateꝫ. Laudant angeli. adorant dominationes. tremunt potestates. Cum quibus ⁊ nostras voces. deꝰ omnipotens duas rationales edidit creaturas angelicam videlicet ⁊ humanam que laudibꝰ diuinis insisterent. ⁊ ei gratiarum redderẽt actiones quas dum pari voto concelebrant tãq̃ꝫ superiores cum inferioribus corde in celesti cythara sociantur. de qua dicit iohannes. Et audiui vocem citharedorum citharizantium cicharis suis. ⁊ cantabant quasi canticũ nouum ideo ergo dicit. Socia exultatione cõcelebrãt. quoniam omnes p̃dicti ordines ⁊ etiã humana creatura maiestatem dei patris per christuꝫ socia exultatione equaliter concelebrant supplici confessione qnasi non superba p̃sumptione sed humile laude dicentes. Sanctus sanctꝰ sanctus ⁊c̃. Porro Gelasius papa tractus ⁊ hymnos composuit ⁊ prefatioues cantu quidem ⁊ limato sermone dictauit. Et est notandum ꝙ licet olim ĩnumere essent p̃fationes hodie decem tantũ sunt canonice. Unde Pelagius papa de conse. dis. i. ĩuenimus. inq̃t. Inuenimus has nouem p̃fationes ĩ sacra carthalogo tantummodo recipiendas. vnam in resurrectione ⁊ in albis pascalibus idest septimana pascali. aliam in die ascensionis domini. tertiã in die penthecostes. quartam ĩ natali domini. quintam in epiphania domini. sextam de apostolis. septimam de sancta trinitate. octauã de cruce. nonã de ieiunio in quadragesima tantũmodo dicenda. de qua dicetur in sexta p̃te sub quarta feria cineꝝ. Urbanꝰ quoq̃ꝫ papa. lxx. di. sanctoꝝ. addidit. x. de beata virgine maria. illã. videlicet equum ⁊ salutare. que ⁊ vnigenitum tuum.

De Sanctus. Rubrica.

Eclesia sperans sociari angelis ⁊ archangelis de q̃bus in p̃fatione mentio facta ẽ statim post illam cõformat se angelico cantui canens hymnũ illũ. Sanctꝰ sanctus ⁊c̃. quem Sixtus papa p̃mus instituit decantari. hic est cantus pueroꝝ quẽ cantauerũt domino offerenti se illis in decima luna qui q̈si reseruatus fuit vsq̃ꝫ ad quartamdecimam lunam in bethania. Cum ergo sacerdos finit laudem siue p̃fationem totus chorus qui rep̃sentat ecclesiã simul canit dictũ euangelicuꝫ hymnum vt vna ⁊ equalis gloria ⁊ laus ⁊ honor ꝺ̃ cantet̃ patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Notandũ autẽ est ꝙ hymnus iste partim angelorũ et partim hominũ verba cõplectitur. prima enim pars laudem cõtinet angeloꝝ. vltima hominũ. Legitur enĩ in Isa. vi. c. ꝙ seraphin clamabant alter ad alteꝝ. ⁊ dicebant. Sanctꝰ sanctꝰ sanctꝰ dominus deus exercituũ plena est omnis terra gloria eius. Legitur quoq̃ꝫ ĩ euãgelio Mathei. xxi. c. ⁊ Marci. xi. c. ꝙ qui p̃ibant ⁊ qui sequebant̃ clamabaut dicentes. Osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini. Siq̇dẽ vox ãgeloꝝ scilicet osanna in altissimis trinitatis ⁊ ṽnitatis in deo commendat archanũ vox hominũ. s. osanna filio dauid diuinitatis ⁊ humanitatis in christo ꝑsonat sacramentũ. Merito autẽ cantica angeloꝝ ĩ ecclesia cãtamus. quia per hoc sacrificiũ terrena celestibꝰ iũgi non dubitamus. ⁊ ideo cuꝫ eis in excelsis saluari clamamus. Illud etiam aduertendũ ꝙ ter dicitur sanctꝰ vt notetur trinitas seu distinctio ꝑsonaꝝ. sed semel tantũ dicitur dominus deus sabaoth vt notet̃ diuine vſie vnitas de conse. distinctione. ii. ego. quia vnitas adoratur vt sic trinitatis ⁊ vnitatis mysterio comprobet̃. Item dicitur ter in singulari numero sanctus ⁊ non dic itnr pluraliter sancti vt vna sanctitas in his tribus ꝑsonis ⁊ ṽna eternitas intelligatur. hoc non solũ seraphin clamabant sub excelso dei solio f̃m ꝓphetam. sed ⁊ q̈tnor animalia f̃m apoca. In circuitu sedes requieꝫ non habebãt die ac nocte dicentia sanctꝰ sanctus dominus deus omnipotens. Dicitur aũt deus sanctus idest sanctificans non autẽ sanctificatus. vnde. Sancti estote quia ego sanctus sum. ⁊ dominns deus vester dicitur ꝓpater sanctus dicẽte filio. Pater sanctifica eos ĩ ṽitate

quos dedisti mihi quia tu sanctus es. Dicit͛ fi
lius sanctus angelo ꝓtestante. Quod nascetur
inquit ex te sanctũ vocabitur filius dei. Dicit͛
sanctus spiritus sanctus xp̄o dicente. Accipi-
te spiritũ sanctũ quoꝝ remiseritis peccata re-
missa erunt. Dicitur quoqꝫ dominus deus ia-
baoth idest dominus exercituũ videlicet ãge-
loꝝ ⁊ hominũ quoꝝ terribilis est vt castrorum
acies ordinata. de quo in psalmo dicitur ab ã
gelis. Quis est iste rex glorie dominus virtutũ
⁊c̄. tot enim exercitus habet deus ĩ terra quot
sunt ordines in ecclesia. tot habet ĩ celis quot
ordines sunt in angelis. Nomen ergo celoꝝ
⁊ terre angeli ⁊ homines diuini pleni gratia h
ꝑhibentur. vel ad litteram celi ⁊ terra gratia di
uina repletur q̄a deitas est vbiqꝫ. vnde ꝓphe-
ta. Si ascendero in celũ tu illic es: si descende-
ro ad infernũ ades. Sabaoth ergo dicitur do-
minus exercituũ siue militariũ virtutũ siue vic
toriaꝝ interp̄tatur. vel omnipotẽs vt ip̄e sit do
minus deꝰ ⁊ ipse omnipotens qui exercitꝰ an
geloꝝ atqꝫ hominum disponit. Et ideo subdit.
Pleni sunt celi ⁊ terra gloria tua. hoc est vt eiꝰ
gloria celi ⁊ terra gubernent͛. ⁊ qui in celis et
qui in terra sunt glorificent ⁊ honorent nomẽ
sanctũ eius. celi autẽ pleni sunt gloria re. terra
vͦo spe. Tunc vero in re plena erit cũ adimple-
bitur illud. fiat volũtas tua sicut in celo ⁊ ĩ ter
ra. dum aũt dicimus pleni sunt celi ⁊ terra glo
ria tua. agimus gratias creatori de omnibꝰ be
neficiis. dum vͦo dicimꝰ. Benedictus q̇ venit
⁊c̄. agimus gratias specialiter de beneficio re-
demptionis. quia enim necessariuꝫ est ad eter-
nam salutem incarnationis mysteriũ confite-
ri recte subiũgitur. benedictus qui venit in no
mine domini. Ego inquit veni in nomĩe patris
mei. nomen patris est filius de quo dicit pro-
pheta. Ecce nomen domini venit de longĩquo
Dum ergo sanctus inchoat͛ inclinati stare de
bemus. quia tũc incarnationem maiestatemqꝫ
diuinam ꝑ angeloꝝ hominũqꝫ cantũ recogni-
tam veneramur. Rursus dicendo benedictus.
⁊c̄. Et cũ hec fint de euangelio debemꝰ signuꝫ
seu vexillũ crucis nobis facere seu imponere.
quia christus ꝑ crucem triũphauit ⁊ nos triũ-
phare facit. Quando enim christus venit ad ie
rusalem ⁊ descendit de monte oliueti tunc filii
israhel clamauerunt dicentes. Benedictus q̇
venit in nomine domini. qui aduentus christi
in hierusalem significat futuram resurrectiõeꝫ
quando ipse veniet iudicare viuos ⁊ mortuos
⁊ apparebit nobis in eadẽ carne in q̄ ꝓ nobis
passus est. ⁊ tunc in nomine iesu omne genu
flectatur celestiũ terristriũ ⁊ infernoꝝ. vnde et
ex tunc q̄dam incipiũt genuflecte ⁊ deuote o
rare. Sequit͛. Osanna. quod est verbum he
breũ. ⁊ significat salua obsecro supplendũ est
populũ tuum vel totum mundum compositũ
quidem verbũ est exosi quod interp̄tatur viui
fica ⁊ anna quod est apud hebreos interiectõ
obsecrantis motum animi significans sub de
p̄cantis affectu. Integre ergo dicitur osianna
quod nos corrupta medii vocali littera ⁊ elisa
dicimus osanna quod facimus ex ignorantia
aut scienter synaliphantes vocalem ielidimus.
prout in metris fieri consueuit. Dicitur autem
bis osanna in excelsis propter duas ꝑtes salu-
tis que sunt stola mentis ⁊ stola carnis quibꝰ
sancti beatificãtur in gloria vt videlicet aĩa et
corpore saluati inter angelos deputemur in ex
celsis idest altis scilicet in celo. Reperit͛ aũt hic
v͛siculus in psalmo centesimo decimoseptimo.
ꝙ eni turbe dixerunt osanna hoc est quod ibi
dicit͛. O domine saluũ me fac. ⁊ eisdem verbis
ibi subiũgitur. Benedictus qui venit in nomi-
ne domini. Sane in hoc angeloꝝ ⁊ hominum
consentu quandoqꝫ organa cõcrepant quod
a dauid ⁊ a salomone introductũ est qui insti-
tuerũt hymnos in sacrificio domini organis ⁊
aliis instrumentis musicis cõcrepari ea laudes
a populo cõclamari. Verũtamẽ quãto cor ma
ius est corpore tanto domino deuotius corde
q̄ꝫ corpore confitemur. de hoc dicitur in fine
prohemii q̇nte partis. Ex nũc autem gestibꝰ
⁊ verbis christi passio representat͛. nam diaco
nus ⁊ subdiaconus post dorsum vadũt episco
pi seu sacerdotis in quo fuga apostoloꝝ ĩ chri-
sti passione significat͛. ꝓut in titulo de oblatio
ne dictũ ẽ. Si qui vͦo stant retro alare ꝓspiciẽ
tes in episcopũ significant mulieres que a lõge
stantes eius passionẽ viderũt. Omnes autem ⁊
qui retro stant ⁊ qui in faciem episcopi inspi-
ciũt inclinant se maiestatẽ diuinam ⁊ incarna
tionem domini venerantes q̄ ꝑ cantũ angelo-
rũ ⁊ hominũ introducta sunt. Ordo enim ãge
loꝝ sanctus sanctus dominꝰ deus sabaoth ma
iestatem introduxit diuinam. ordo vͦo hominũ
dicit. benedictus qui venit in nomine domini
aduentũ significauit in carne. ipsa quoqꝫ incli
natio mesticiam significat discipuloꝝ de mor-
te christi qui non audebant se erigere ⁊ cõfite
ri se esse discipulos eius. ideoqꝫ stant inclinati
donec dicat͛. libera nos a malo. vanũ eniꝫ erat
eis ante lucẽ surgere idest ante resurrectioneꝫ
de christo gloriari ꝑ quam sunt ab omnibꝰ tri
bulationibus liberati. vnde ⁊ hec petitio in do
minica oratione septima est qui numerus est
vniuersitatis. de hoc dictũ ẽ sub titulo qualit͛
episcopus vel saccerdos.

De secreta seu canone misse. Rubrica

Ost aclamatū
p̄conium sequit̄ secretū silentiuꝫ
in quo ⁊ misse canon deuote di
citur ⁊ sacꝝ mysteriū pagitur qđ
fit ꝑ solum sacerdotem. quoniā ſm Matheū.
christus solus orauit. Et ſm quosdam hic inci
pit missa quoniā cetera sunt de solēnitate. de
conse. dis. ii. panis est. Canon aūt misse ⁊ obla
latio vt dictum ē in titulo de p̄fatione ⁊ actio
⁊ canon ⁊ sacrificium ⁊ secreta vocatur. Actō
dicitur ꝓpter sacra mysteria que in eo agunt̄
⁊ quia tunc cū deo agitur causa nostra ut dic
tū est in ꝓhemio huius partis. vnde quia in. c.
illo cōicantes ⁊c̄. ⁊ in illo. Hanc igitur oblatio
nem certis diebus vltra ordinaria. canōis seu
actionis verba quedam adduutur. ⁊ dicuntur
ideo in missalibus in variis locis suꝑ illas addi
tiones scribitur talis titulus seu rubrica. Infra
actionē eo ꝙ ille infra seu quasi in medio ipiꝰ
actionis siue canonis dici debet. Canon vero
dicitur qđ regulis patꝝ compositus est. a sanc
tis enim patribus aliqua verba mystica sūt ibi
instituta. Canon autem grece dicit̄ regula lati
ne. dicit̄ etiam canon. quia regulariter christꝰ
verus sacerdos in eo rep̄sentat̄. seu quia ꝑ hūc
regulariter fit consecratio sacramenti. Sacrifi
ciū autem dicit̄ a sua parte digniori ꝺ quo di
ctum est sub titulo de oblatione. Secreta dici
tur quasi nobis occulta qui ahumana ratione
q̄ꝫq̄ꝫ tantū mysteriū plenarie capere potest. ad
quod significandum merito secreta voce cele-
bratur. Ad hoc etiam significandū sacerdos se
cretū intrans quasi velatur q̇busdam cortinis
que sunt in lateribus altaris ꝓut infra dicetur
in quarta ꝑticula canonis super v̄bo hāc igit̄.
dicit̄ etiam secreta q̇a secrete ⁊ sub silentio di
citur. Christus enim ad consecrationē corpo-
ris sui venturus secrete ⁊ solus orabat ab hora
cene vsqꝫ dum suspensus est in cruce. q̄s orati
ones secrete significat. pristis quoqꝫ tempori-
bus antiqui patres sub silentio sacrificabant ⁊
cōmunicabāt quod etiā in sabbato sancto ob
seruamus. Preterea vt iohannes euangelista
describit postq̄ꝫ christus honorifice fuit recep
tus ⁊ magnificatus a turbis cū palmis ⁊ laudi
bus abiit ⁊ abscondit se non vtiqꝫ trepidantis
formidine sed dispensatiōis officio. q̇a nondū
venerat hora eius que postq̄ꝫ aduenit sponta-
neus ad passionē accessit. Illud ergo christi la
tibulū hoc secretū silentiū rep̄sentat in quo so-
la dirigit̄ ad dominum intenta deuotio. Tunc
enī sacerdos intrare debet in cubiculū cordis
⁊ ostio sensuū corporis clauso deū patrē orare
qui exauditor est clamoris cordis non vocis.
Unde anna typū gerens ecclesie non petitiōe
clamosa sed tacita deuotione quod petiuit im
petrauit. de qua in libro regū legitur ꝙ loque-
batur in corde suo ⁊ labia eius tantū mouebā
tur sed vox penitus non audiebat̄. vñ ⁊ Moy
si dominus inquit. Quid clamas ad me cuꝫ ta
men ipse tacerer. ꝓpheta etiam dicit. Dicite in
cordibus vestris ⁊ in cubilibus vestris cōpun
gimini. Potest tamen dici ꝙ p̄ma secretella
rep̄sentat tempus illud quando christus venit
hierosolimam ad diem festū nō manifeste. hec
autem secreta tempus illud quo receptus fuit
in hierusalem cum hymnis ⁊ ramis. Et sexta fe
ria sequenti crucifixus fuit. p̄fatio v̄o illud q̄n
do christus in cenaculo hymnū retulit. Et illo
dicto exiuerunt in montem oliueti sursum cor
da ascensionem. Secūdo ideo secreta in silen-
tio dicitur ne sacerdos clamādo his que agū-
tur minus intendat. Tertio ne vox sacerdotis
nimio clamore deficiat. Quarto ne sacrosanc-
ta v̄ba vilescant. fertur enim ꝙ cū antiquitus
publice ⁊ alta voce canō diceretur omnes pe
ne per visum illum sciebant. ⁊ in plateis ⁊ ī vi-
cis decantabant. vnde cū quidam pastores il-
lum in agro cantarent ⁊ panem super lapideꝫ
posuissent ad v̄boꝝ ipsoꝝ ꝓlationem panis in
carnem conuersus est. Ipsi tamen diuino iu-
dicio igne celitus misso ꝑcussi sunt. ꝓpter qđ
sancti patres statuerūt verba ista sub silētio di
ci inhibentes sub anathemate ne ꝓferant̄ nisi
a sacerdotibus super altare ⁊ in missa ⁊ cū ve-
stibus sacris quedā etiā orationes que ante p̄
fationem sub silentio dicunt̄ secrete vocantur
de quo ⁊ de silentio sub titulo de inclinatione
sacerdotis dictū est. Consecrantis ergo mens
vt p̄missum est ad id solū debet esse intēta. nā
eos q̇ adorant in spiritu ⁊ v̄itate adorare opor
tet ne musce venientes perdant suauitateꝫ vn
guenti. i. ne importune cogitationes tollāt de
uotionem orationis flabello spiritus abigātur.
idest inspiratione gratie repellant̄ quatenꝰ au
ster adueniens ⁊ spiritus sanctus accedens ꝑ-
fluet ortū idest mentem fecundet vt aromata
fluant idest vt v̄tutes abūdent. ad quod etiam
significandū estiuo tempore materiale flabel-
lū dum in secreta dicitur adhibetur. Hac etiaꝫ
ratione videlicet ne musce venientes perdant
suauitatem vnguenti. Dici potest ꝙ canon
dici debet expedite non morose. ⁊ ne audito
ribus tedium generetur. Unde in exodo
dicitur. Fac festinanter quod de immolati-
one agni dictum est. Et probatur etiam ibi et
comedetis festinātei sed nec nimis etiam festi
nanter. quia non debet sacrificium sine sale. i.
discretione ⁊ deuotione offerri debet etiam ī
libro legi ne vllus error cōtingere possit. Por
re sacerdos missam celebrans representat ea q̄

olim pontifex inter sancta sanctorū egit ⁊ que christus egit quem ille p̄figurauit. Siquidē ea que fiunt a principio secrete vsq₃ in finem passionem domini sepulturam ⁊ resurrectionem dominicā rep̄sentant. Recolitur enī ibi memoria eoꝝ que gesta sunt per ebdomadā ante pascalem a decima luna p̄mi mensis quando iesus abiit hierosolimam vsq₃ ad septimamdecimam quando resurrexit a mortuis ꝓpter qd̄ ī plerisq₃ sacramentis inter p̄fationem ⁊ canonem imago crucifixi depingitur vt non solum intellectus littere veꝝ etiā aspectus picture memoriam dominice passiōis inspiret. ⁊ forte diuina factum est ꝓuidentia licet humana non sit. industria ꝓcuratū vt ab ea littera canon inciperet scilicet at que hebraice thau dicit̄. que sui forma signū ⁊ mysterium crucis ostendit ⁊ exp̄mit dicente domino per ezechielem. Signa thau in frontibus viroꝝ dolentiū ⁊ gementiū sup abbominationibus hierusalem. quoniam p christi passionem hec omnia in cruce impleta sunt ⁊ efficatiam habent. In quibusdam tamen codicibus ⁊ maiestas patris ⁊ etiam imago depingitur crucifixi vt sacerdos quasi. presentem videat quem īuocat ⁊ quem alloq̄tur dicens. Te igitur ⁊c̄. Et passio que hic rep̄sentatur cordis oculis ingeratur. sacerdos aūt osculat̄ pedes ipsius maiestatis ⁊ se signat ī fronte īnuens q̄ reuerenter ad mysterium passiōis accedit. Quidam tamen p̄us osculantur pedes maiestatis ⁊ postea crucifixi f̄m seriem canonis. Alii econtra q̄a p filium peruenit̄ ad patrē deinde dicens. te igitur. se inclinat. vt ibi dicet̄ Secreta ergo passionē rep̄sentat. passio īcipit ibi. vnde ⁊ memores ⁊c̄. crucifixo ibi. hostiam puram. hostiam sanctam. hostiam immaculatam. Oratio v̄o a christo in cruce incepta ibi. Supplices te rogamus ⁊c̄. Episcopi seu sacerdotis inclinatio tūc facta ante altare significat emissionem spiritus capite inclinato. Eleuatio vocis cū dicitur. nobis quoq₃. significat exclamationem centurionis dicentis. Uere fili⁹ dei erat iste. Due cruces supra corpus ⁊ calicem facta docent christum ꝓ duobus populis crucifixum. oblata in calice significat corpus christi Uinū in calice sanguinem eius subdiaconus a facie episcopi incipiētis pater noster significat mulieres sepulto domino recedentes a monumento. Patena significat feminarum corda ī obsequio sepulture christi latitudine caritatis patentia. ꝓut sub titulo de oblatione dictū est de his p sua loca dicetur. Traditur aūt q̄ gelasius papa q̄nquagesimus p̄mus a beato petro canonem p̄ncipaliter ordinauit. Non enim secreta tota simul ab vno composita est ꝓut dicetur in tertia particula super v̄bo cōmunicantes. Et licet aliqua verba sint ab aliquib⁹ quos tamen ignoramus addita que in euangelii textu non continent̄ vt in sexta particula super verbo Eleuatis oculis. Nulli tamen subtrahere vel addere licet nisi forte quandocūq₃ corū nomina ꝓ quibus nominatim sacrificium offertur. sicut inferius in decima particula ostenditur. Notandū v̄o est q̄ quidam sedent in canone misse significantes apostolos qui sedebant tristes de nece domini in cenaculo. Alii stant significantes moysen qui extensis manibus orabat ⁊ aaron ⁊ hur illius manus sustentabant. de quo sub titulo de oratione dictū est Quidam v̄o vt aliqui ex ministris nec sedent nec stant seu in vestibus sacris sunt facie inclinati. ꝓut dictum est sub titulo de sanct⁹. ⁊ sub titulo qualiter sacerdos ⁊ ministri ad altare debent stare.

De expositione canonis qui incipit Te igitur. Rubrica.

Xpositiōi canonis hic vacare p̄uidimus. vextū q̄cquid exponēdo conamur exp̄mere vix nullius apparet esse momenti. Deficit nāq₃ lingua. sermo disparet. superatur ingeniū. opp̄mitur intellectus. pulsabo tamen ad ostium vt amicus accōmodet mihi tres panes. de pe. dis. i. importuna. qui maxie ī hoc cōuiuio necessarii erunt. vt videlicet fide que petit ⁊ accipit vitam. spemq₃ querit ⁊ īuenit viam ⁊ caritatem que pulsat ⁊ aperit veritatem. Canon autem vndecim cōtinet partes. Secūda incipit ibi. memento domine. Tertia ibi. cōmunicātes. Quarta ibi. hāc igit̄. Qnīta ibi. quam oblationem. Sexta ibi. qui pridie. Septima ibi. simili modo. Octaua ibi. vn̄ ⁊ memores. Nona ibi. supplices te rog. Decima ibi. memento. Undecima ibi. nobis quoq₃. Alii dicunt q̄ continet duodecim partes. Secunda pars ibi. in p̄mis. Tertia ibi. memēto. Quarta ibi cōmunicantes. Quinta ibi. hanc igit̄. Sexta ibi. qui p̄die. septima ibi. vnde ⁊ memores. Octaua ibi. supra q̄ ꝓpitio. Nona ibi. memēto Decima ibi. nobis quoq₃. Undecima ibi. p quē hec oīa. Duodecima ibi. oremus. p̄ceptis salutari mo. Sed f̄m alios sex solū cōtinet partes Secūda incipit ibi. in p̄mis. Tertia ibi cōicantes. Quarta ibi. hanc igit̄. Quinta ibi. supplices te ro. Sexta ibi. oremu⁹ p̄ceptis. Sūt etiā qui dicunt q̄ q̄nq₃ tm̄ sūt ptes vn̄ ⁊ q̄nq̄es concludit̄ p xp̄m do. no. eo q̄ p q̄nq₃ partitā dn̄i passionē oratio fideliū exaudit̄. de hoc dictū est ī fine ꝓhemii hui⁹ ptis. Incipit ergo canō ⁊ ei⁹ p̄ma pticula. Te igitur. ⁊ exponit̄. i. certe sacerdos enī hoc dicens alloq̄tur deū tanq₃ p̄sentē

vel istud ergo cõtinuat ꝑcedẽtia quasi diceret
Tu es sanctus deus igiť clementissime pater.i.
clarissima mente abũdantissime vel idest mise-
ricordissime.vel idest mentẽ clarificans. Mẽs
eni clarescit cũ deum ꝓpitiũ sentit que vba di
cendo sacerdos se ante altare inclinat signifi-
cans ꝙ petrus inclinauit se dũ ꝓspexit in mo
nnmentũ. Rursus hec sacerdotis inclinatio in
ꝑncipio canonis humilitatẽ xpi ad passionem
Quodqꝫ sacerdos ipse cũ reuerentia ad myste
riũ crucis accedit significat. Et in his vbis no-
tať ꝙ sicut legalis sacerdos vultũ aduersus ꝓ
piciatorium habebat.ꝓut dictuꝫ ẽ in ꝓhemlo
huius ptis.sic ⁊ noster ad dei clementiam cor
debet habere.⁊ sicut pontifex intrabit ĩ sancta
sanctoꝝ semel in anno ferens sanguinem hirci
aut vituli. sic ⁊ christus ꝑ ꝓprium sanguinem
introiuit semel in sancta eterna redemptione
inuenta.sic ⁊ minister ecclesie intrat cum san-
guine in sancta sanctoꝝ quotiens in mẽte me
moriam sauguinis xpi gerens. Secrete incho-
at mysterium q̃ nõ solum mẽte sed etiã crucis
signaculo de quo iã diceť xpi recitat passionẽ
Sequiť supplices.i.humiles vti accepta habe-
as.i.ut accipias seu vt grata habeas.⁊ hic oscu
latur altare in reuerentiã passionis per hoc cõ-
pati se ostendens. Sane eadẽ die qua laudes a
turbis xpo sunt aclamate videlicet decima lũa
ꝑmi mensis qñ ſm legem typicus agnꝰ in do-
mos hebreoꝝ inferebať. Uerus agnus iesus
xps ingressus ẽ hierosolimã ⁊ multis insidiis
q̃rebať ad mortẽ. Traditꝰ autẽ ẽ a tribus.s.a
deo ꝓ nobis.vñ apl's. Propo filio suo nõ pep
cit deus sed ꝓ nobis oĩbus tradidit illum.a iu
da .vnde in matheo. Querebat iudas opportu
nitatẽ ut eum traderet iudeis. Et a iudeis pila-
to.vñ in iohãne. Gens tua ⁊ põtifices tui tradi
derunt te mihi. Prima traditio fuit ex gra-
tia q̇a dilexit nos ⁊ tradidit se ipsum ꝓ nobis.
Secunda ex auaritia q̇a constituerũt ei trigin
ta argenteos. Tertia fuit ex ĩuidia. Sciebat enĩ
pilatus ꝙ ꝑ inuidiã tradidissent eũ.deus ergo
tradidit ex dono.iudas ꝓ munere.iudeus ĩ sa
crificiũ illibatũ.ad quod designandũ sacerdos
facit tres cruces sup oblatã ⁊ calicẽ cum dicit
hec dona hec mũera hec scã sacrificia illibata
q̃si diceret.offerimꝰ tibi clementissime pať hec
dona hec mũera hᷓ scã sacrificia cõmemorãtes
illã traditionẽ quã deꝰ fecit ex dono. iudas ꝓ
munere.iudeus ĩ sacrificiũ illibatũ.singuli tam
ad mortẽ mortẽ aũt crucis. Secũdo etiã fiunt
tres cruces in reuerentiã eiꝰ q̇ est trinꝰ deꝰ cuiꝰ
potentia fit cõuersio panis ⁊ vini. Tertio in fi-
gurã triplicis vnionis in acceptatione saluato
ris. Quarto in memoriam trine crucifixcionis
Prima fuit in uolũtate ꝑseqnentiũ de q̃ iohã
nis.xi. Collegerũt ergo põtifices ⁊ pharisei cõ-
ciliũ ⁊c̃. Secũda fuit ĩ voce clamãtiũ. d̃ q̃ mar.
xv. At illi magis crucifige lamabãt eũ. Tertia
fuit in crucifixione manuũ ⁊ pedũ. de q̃ Luce
Crucifixerũt eum. Quinto in tribus crucibꝰ
tẽpus ante legem quod tribus distinguitur in
teruallis.innuimus.s.ab adam ad noe.inde ad
abrahã.⁊ inde ad moysen. In q̇bus tribus tẽ-
poribus iusti xpm suis sacrificiis ꝑfigurauerũt
vt abel in agno.melchisedech in pane ⁊ vino.
⁊ abraham in filio. Uex ꝑ ꝑmissa tria vba non
aliud atqꝫ aliud diciť sed res vna ꝓ sui magni
tudine diuersa appellatiõe laudať. domũ q̇deꝫ
dantis.munus accipiẽtis.sacrificiũ offerentis.
Pater dedit.filiꝰ obtulit.spũs scũs recepit. vñ
apl's. Christꝰ ꝑ spm̃ scm̃ semetipsũ obtulit deo
ĩmaculatũ.singuli tñ dederũt obtulerunt ⁊ ac
ceꝑunt.ſꝫ ad distinctiõꝫ pať diciť dedisse ꝓpter
auctoritatẽ.filiꝰ obtulisse ꝓpter hũilitatẽ.spũs
sanctꝰ accepisse ꝓpter benignitatẽ. Eadẽ enim
sacrificia dona sunt sil' ⁊ munera dona sũt no
bis ad sustentationẽ a deo col ata. Munera
sunt a nobis deo vt laudeť oblata.nam ⁊ que
sacris offeruntť altaribus ⁊ munera nuncupãť
⁊ dona.vñ ⁊ dñs inquit in euãgelio. Si offers
munꝰ tuum añ altare vade ꝑus reconciliari frĩ
tuo. Et daniel dixit ad balthasar. Mũera tua
tibi sint ⁊ dona tua alteri da. Et alibi.xiiii.q.v.
scriptum. Respexit deus ad abel ⁊ ad munera
eius. Sacrificia dicuntur quia sacrificantur
⁊ offeruntur ꝓ peccatis uostris vt nos sacros
efficiunt. Unde apostolus inquit de pontifice
vt offerat dona ⁊ sacrificia pro peccatis. Ser-
monum igitur inculatio pie deuotionis est
excitatio ⁊ ineffabilis commendatio sacramẽ-
ti quod sacramentum digne eucharistia appel
latur.prout dicetur in sexta particula sup ver-
bo.qui pridie q̃ꝫ pateref. proprie autem munꝰ
homini donum deo datur.naꝫ munera dicun
tur que manibus dantur vel accipiuntur. Rur
sus dicuntur dona quo ad panem in quo ẽ fa
rina ⁊ aqua. Munera quo ad vinum in quo
est vinuꝫ ⁊ aqua hec sancta sunt sacrificia quo
ad vtrumqꝫ ſm augustinuꝫ. Dona referrimus
cum nos metipsos deo offerimus ⁊ donamus
Munera cũ eiꝰ bñficioꝝ memores sumꝰ.sacri
ficia illibata cũ ei hũilitatẽ ⁊ laudes ĩpendimꝰ
d̃ hᷓ vide d̃ cõ.di.ii.ĩ canõe cõꝑimꝰ. Et nota ꝙ
iõ diť pl'aliť dona mũera sacrificia q̇a pãis ⁊ vi
nuꝫ ꝑusqꝫ cõsecrãť ⁊ diuerse sť spẽs substãtiaꝝ
⁊ diuerse substãtie spẽꝝ.ſꝫ vbi cõsecratio cele-
stis accesserit spẽs q̇dẽ remanẽt ſꝫ substãtie cõ
uertanť.itaqꝫ diuersa sunt continẽtia ſꝫ vnicũ
est contentum.nam idem sub vtraqꝫ specie cõ
tinetur licet non in idem vtraqꝫ substãtia con
uertať.sicut infra planius ⁊ pleniꝰ ostẽdetur.

Dicunt etiam sancta ⁊ illibata quia panis ⁊ vi
nū sanctificant in sacrosanctū corpus ⁊ imma
culatū sanguinē christi. Non enim dicunt illi
bata quasi nondū gustata. sed potius dicunt
illibata idest īmaculata que sine macula cor-
dis ⁊ corporis oportet offerri quatenus ⁊ cor
ab iniquitate ⁊ corpus ab īmunditia purgetur
anteq̄ offerant. quoniam vt ait apostolus de
conse. dis. ii. qui. celare. c. se. Quicūq3 manduca
uerit panem ⁊ biberit calicem domini indigne
reus erit corporis ⁊ sanguinis domini. Probz
aūt seipsum homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de
calice bibat. qui enim manducat ⁊ bibit indig
ne iudiciū sibi manducat ⁊ bibit. Dicunt ergo
illibata idest sine labe sicut agnus pascalis im-
maculatus qui significat xp̄m qui est sine ma
cula idest rugam. vel illibata idest incorrupta:
non quia substantia panis ⁊ vini corrūpi non
possit. sed quia corpus ⁊ sanguis filii dei ī que
virtute v̄borꝝ species iam transubstātiate sunt
corrūpi non possunt. vnde psalmista. Non da
bis sanctū tuū videre corruptionem. Tertio di
cit illibata ad notanduz q̄ nullus extrane⁹ ad
fidem debet approximare illis. vt dicetur in ter
tia particula super verbo cōmunicantes. Tria
autē sūt ecclesie sacrificia p̄ tria que fiebant in
veteri testamento figura ꝓut dictū est in ꝓhe
mio huius partis. Sequit. In p̄mis que tibi of
ferimus ⁊c̄. Sane legalis pontifex īgrediens
in sancta sanctorꝝ orabat. vt dictū est in prohe
mio huius partis. ⁊ xp̄us ante passionē orauit
se glorificari discipulosq3 cōseruari. ⁊ nūc etiaz
sedens ad dextram patris interpellat ꝓ nobis.
sic ⁊ noster minister sequens aaron ⁊ christuz
ꝓ tota supplicat ecclesia que cōsistit in prelatis
⁊ subditis ⁊c̄. Licet aūt vnus tantū sacrificiuz
offerat. tamen pluraliter dicit offerimus. q̄a sa
cerdos non tantū in sua sed in totius ecclesie
p̄sona sacrificat. qua ꝓpter in sacramento cor
poris christi nil a bono maius. nil a malo min⁹
p̄ficitur sacerdote. ꝓut dictum est in ꝓhemio
huius partis. Uex nobis hic īuestigandum
occurrit quibus ⁊ ꝓ quibus ⁊ qualiter ⁊ qua
re debeamus sacrificiū altaris offerre. Et qui
dem hec quatuor ex ipso canone colligere pos
sumus euidēter quibus soli deo videlicer indi
uidue trinitati ꝓ quibus ꝓ ecclesia sancta ca-
tholica videlicet ꝓ omnibus orthodoxis qua-
liter in vnitate fidei videlicet in communione
sanctorꝝ quare ꝓ beneficiis corporalibus spiri
tualibus ⁊ eternis sed omnibus ꝓpter deum.
Primū notat ibi. Tibi reddūt vota sua eterno
deo viuo ⁊ vero. Secundū ibi. Pro eccl̄ia tua
sancta catholica. Tertiū ibi. Cōmunicantes ⁊
memo. vene. Quartū ibi. Pro redemptiōe ani-
marꝝ suarum. pro spe sa. ⁊ incol. sue. Sacrificiū
ergo laudis offertur ⁊ generaliter pro cunctis
⁊ specialiter pro quibusdam scilicet pro prela-
tis qui sunt iuxta apostoluz in sublimitate cō-
stituti ⁊ pro subditis pro viris ⁊ mulierib⁹ pro
sacerdotibus ⁊ astātibus pro nobis ⁊ nostris.
De p̄latis ⁊ subditis. ibi. vna cum famulo tuo
papa nostro ⁊ omnibus orthodoxis. De viris
⁊ mulieribus ibi. Memento domine famulo-
rum famularūq3 tuarꝝ. De sacerdotibus ⁊ astā
tibus ibi. Omnium circūstantiū ⁊ qui tibi offe
runt hoc sacrificiū. De nobis ⁊ nostris ibi. pro
se suisq3 omnibus. sic ergo exponenda est litte
ra. Que tibi offerimus in p̄mis idest principali
ter pro ecclesia tua sancta catholica idest vni-
uersali toto terrarum orbe diffusa sed fidei sa-
cramentis vnita q̄3 i. vt eaz pacificare digneris
vt habeat pacez ab hereticis ⁊ scismaticis ⁊ ad
unare que dispsa est inter perfidos ⁊ paganos
vel hic dicitur q̄ orandum est pro discordanti
bus ab inuicem quā ⁊ custodire digneris a vi
ciis ⁊ demonibus ⁊ regere in prosperis ⁊ ad-
uersis. Idipsum tamen videtur esse pacificare
quod adunare custodire ⁊ regere. Tunc enim
pacificat cum fideliū mentes adunat ut p̄ spiri
tum sanctū caritate diffusa multitudinis cre-
dentium sit cor vnū ⁊ anima vna. extra de sū.
trini. cap. ii. Tunc custodit cum inter mundi
pericula regit ut de sancto mittens auxilium
eam de syon tueatur. Licet enim in apoca. se-
ptem scribatur ecclesiis vna tantum in cāticis
ē colūna. nam sapia edifi. si. do. ⁊ excidit co. se-
ptem. Una igitur est ecclesia septem ordinib⁹
distributa uel septem carismatibus insignita:
quā ipse pacificat ⁊ adunat. Ille custodit ⁊ re
git qui propter ipsius regimen ⁊ munimē vnū
proposuit vniuersis ut omnes ab vno sicut cor
pus a capite gubernent. pro quo statim orat
cum dicit vna cum famulo tuo papa nostro:
q̄ v̄ba addidit clemens papa. Nam ut inq̄t pe
lagius papa constat ab vniuerso orbe sep̄atos
esse q̄ q̄libet dissensione inter sacra mysteria
apostolici pōtificis memoriā s̄m cōsuetudinē
non frequentāt. q̄ v̄o non sunt de romana dio
cesi pro suo quoq3 debent orare pontifice q̄te
nus vnitatem spiritus in vinculo pacis obser-
uent. vnde debent dicere verba sequentia scili
cet ⁊ antistite nostro. Antistes tamen ipse ce-
lebrans non debet ea dicere. Quod vero ad-
dunt quidam de antistite ⁊ rege noua traditō
est vbi orandū esse pro prelatis ostenditur orā
dum etiam esse pro principe apostolus docet
i. ad thimo. ii. c. obsecro inq̄t p̄mo oīuz fieri ob
secratōes orōnes ⁊ postulatōes ⁊ grāꝝ actōes
ꝓ oīb⁹ hōib⁹ ꝓ regib⁹ ⁊ oīb⁹ q̄ ī sublimitate sū
cōstituti vt q̄etā ⁊ tranq̄llā vitā agam⁹ ī oī pie
tate ⁊ castitate. d̄ cōse. dis. i. de hymnis. ad finē

Sicut eni due sunt vite celestis videlicet ꝛ ter
rena. vna qua spiritus viuit ex deo. ꝛ altera q̈
caro viuit ex spiritu ita due suni potestates ec
clesiastica videlicet ꝛ mūdana. vna que mode
ratur spiritualia. ꝛ altera que moderať carna-
lia. ista per clericos ꝛ illa ꝑ laicos. xcvi. dis. duo
post vtrāq3 potestatē orandū ē ꝓ oibus ortho
doxis qui vtrāq3 fidem catholicam videlicet ꝛ
apostolicam venerant̃ ꝛ colunt. ꝛ sic heretici ꝛ
scismatici excludunt̃. Orthodoxi enim q̈si glo
riantes dicuntur q̇ videlicet deum recte fidei
confessione glorificant.

De secunda parte canonis. s. Memento do
mine. Rubrica.

Emento domi

ne famulorꝫ famularūq3 tuarū ꝛ
omniū circūstantiū ꝛc̄. Secūda
pars .n qua etiam ostēdit oran-
dum esse ꝓ subditis. Et ex hac iūctura verborꝫ
euidenter conuicitur ꝙ in hoc loco debeat sa
cerdos specialiter viuos quos voluerit memo
rare qnoniā sub sequenti. Memento defunc-
torꝫ poterit agere memoriam specialem. Hinc
etiam euidenter apparet q̄3 sanctū sit ꝛ salubre
missarum interesse mysteriis cū sacrificium eu
charistie ꝓ circūstantibus specialiter offerat̃.
Verū cū deꝰ nihil ignoret nec alicuius valeat
obliuisci quid est quod petimꝰ vt deus memi-
nerit nostri. Porro deus dicit̃ scire quos ap-
ꝓbat. vnde nouit dominus qui sunt eius. ꝛ di
citur nescire quos reprobat. vnde. nō noui vos
Rursus dicitur obliuisci malorꝫ cum malus ad
bonum reuertitur. vnde si ipsius egerit penitē
tiam omniū iniquitatū eius non recordabor
Et dicitur obliuisci bonorꝫ cū bonus ad malū
ꝑuertitur. vn̄ si iustus a iusticia sua se auerterit
omnes iusticias eius non recordabor. deꝰ etiā
quandoq3 recordat̃ ad miserendum. vn̄. Me-
mento mei deus meus quia vētus ē vita mea
quandoq3 ad puniendū. vnde. Memento do
mine filiarꝫ edom in die hierusalem. Petimus
ergo nō vt nr̄i meminerit sed vt nr̄i miseriatur
ſm illud. Reminiscere miserationū tuarū do-
mine ꝛ miserationū tuarꝫ que a seculo sūt. Se
quit̃. Quorꝫ tibi fides cognita est ꝛ nota deuo
tio ꝛc̄. quasi qui ꝓpiciaris fidelibus ꝛ deuotis
qui solus vides in conscientiis quia recte cre-
dant ꝛ deuote te diligant. vtpote rerum scru-
tator ꝛ cordium deus scientiarum dominꝰ oc
cultorꝫ omnium ꝑscrutator in cuius conspec-
tu nulla creatura est īuisibil̃. Pro quibus tibi
offerimus vel qui tibi offert hoc sacrificiū lau-
dis ꝛc̄. quasi diceret. Memento domine non
solum eorꝫ ꝓ quibus offerimꝰ sed etiā sacerdo
tum qui offerūt hoc sacrificium laudis ꝛc̄. Cū
enim sacerdos offert ꝓ populo nihilominus ꝛ
ꝓ se. vel ideo dicit. Pro quibus tibi offerimus
vel qui tibi offerunt quia non solum offerunt
sacerdotes sed ꝛ vniuersi fideles. nam qd̄ spiri
tualiter adimpletur ministerio sacerdotū hoc
vniuersaliter agitur voto fidelium. vel ꝓ quibꝰ
offerimus scilicet actu. vel qui tibi offerunt sci
licet deuotione. Dicitur autem sacrificium lau
dis. ſm illud apostoli. Quicquid facere debetis
omnia in laudem dei facite vt deus laudetur ī
vobis. Secundo sacrificium laudis dicitur q̇a
christus gratias agens illud instituit prout di
cetur in sexta particula super verbo gratias a-
gens. Tertio ideo quia cum deo quicq̄3 offeri-
mus sua sibi reddimus nō nostra largimur. vn̄
si esuriero non dicam tibi meus est eniꝫ orbis
terre ꝛ plenitudo eius. ergo immola deo sacri-
ficiuꝫ laudis ꝛ redde altissimo vota tua. Quar
to quia deum laudare debemus non soluꝫ q̇a
passus est ꝓ nobis etiam nobiscum est quoti-
die vsq3 ad consumationem vite. vel quia non
solum se dedit ꝓ nobis in precium sed etiam
quia dedit se nobis in cibum per precium redi
meret nos a morte per cibum aleret nos ad vi
tam. vnde. Qui manducat me viuit ꝓpter me.
ꝓ sel effegesis est idest expositio eius quod se-
quitur scilicet pro redemptione animarum no
strarum pro spe salutis ꝛ inco. sue. Sequit̃. su-
isq3 omnibus ꝛc̄. videlicet cōsanguineis vel af
finibus familiaribus vel amicis licet enim dili
gere teneamur etiam inimicos. ſm illud. Diligi
te inimicos vestros. Seruare tamen debemus
ordinem caritatis qui incipit a seipso. xxiii. q. v
si non licet. de pe. dis. iii. sane cauendū. extra d̄
vsu pallei in fi. ſm illud. Introduxit me rex in
cellā vinariā ꝛ ordinauit ī me caritatē. nam et
apl̃s ait. Dū tp̄s habemꝰ operemur bonū ad oēs
maxie aūt ad domesticos fidei. Pro redēptōe
aiarꝫ suarꝫ ꝛc̄. q̈si nō ꝓ tꝑali lucro vel appetitu
terrenorꝫ sed ꝓ spe salutis ꝛ īcolumitatis sue. i.
pro salute vel īcolumitate ꝑpanda. spe eni salui
facti sumꝰ. pro salute q̇dā mētis ꝛ īcolumitate
corꝑis. nā vtraq3 sanitas ē ab illo q̇ dicit. Salꝰ
ppl̃i ego sū. Verū vtraq3 sanitas prouenit ex re
dēptione aie. i. de remissiōe pcti. sic econtra de
reatu pcti procedit īfirmitas vtriusq3 iuxta sen
tentiā vitatis. Ecce sanꝰ inq̇t factus es iā noli
peccare ne deterius aliquid tibi contingat. ex-
tra de pe. ꝛ re. cum infirmitas. in principio.
Porro tria sunt hominis bona corporalia.
spiritualia ꝛ eterna. videlicet infima. media et
suprema pro quibus sacerdos dicit se offerre.
pro corporalibus. i. pro incolumitate. pro spūa
libus. i. pro redemptiōe. pro et̄nis. i. pro salute.

Nam τ dominus docet nos ꝓ his trib⁹ orare videlicet ꝓ eternis. vnde adueniat regnū tuum Pro spiritualibus. vnde fiat volūtas tua sicut in celo τ in terra. ꝓ corporalibus. vnde panem nostꝝ quotidianū da nobis hodie. Offerimus ergo sacrificiū ꝓ eternis vt dentur nobis in p̄miū. ꝓ spiritualibus vt dentur nobis in meritū. ꝓ corporalibus vt dentur nobis ad adminiculū vt per hec τ ista ꝑueniamus ad illa. Uerū cū dicat apostolus ꝙ virtus in infirmitate perficitur. extra de sacra vnctione. c. vnico. Et iteꝝ Cū infirmor tūc fortior sum idest ꝙ ꝓ corpali incolumitate sacrificiū laudis offerimus nisi vt nobis conseruata vel reddita sanitate gratiarum actiones in ecclesia referamus. Sequitur. Tibiq̈ʒ reddunt vota τc̄. Uota sua dicūtur que volūtarie ꝓmittūtur. quia volenter τ libēter deo vouere τ votū reddere debemus. extra de voto. magne. veꝝ cum nostra donemus τ aliena reddamus. quoniā vota si sua sūt reddūt τ nō potius donāt. vel si reddūt τ non potius aliena. Sane votū τ hominis τ dei est. sed dei ꝓpter auctoritatē gratie. hominis ꝓpter libertatem arbitrii. ꝓpter quod dicit apostol⁹. non aūt ego sed gratia dei mecum. vel vouere hoīs est reddere v̄bo dei.

De tertia parte canonis. Rubrica

Ommunicātes tertia pars. Cyricius papa addidit hec v̄ba cōmunicantes τ memo. ve. Sane pontifex vt lex iubeat thuribulū viuis carbonib⁹ plenū itra sancta sanctoꝝ secū portabat. sicut in ꝓhemio h⁹ partis dictū est. τ christus carnis sue thuribulū omni v̄tute plenum tulit ad astra. sic τ sacerdos noster xp̄i vicem tenēs vacuus a peccatis τ plenus virtutū odoribus ad sacrificiū altaris accedere debet. Cōmunicantes τ memoriā venerantes. Cōmunicare idē est ꝙ ꝑticipare. q̄a sanctoꝝ τ angeloꝝ pascuis cōmunicare debemus. Quatuor aūt modis in ecclesia cōmunicatur. ꝓut dicetur in sexta ꝑticula super verbo qui p̄die. Memoriā venerari idem ē ꝙ memoriam honorabiliter colere ꝙ beata maria v̄go ꝑ aduentū. s. genitrix facta est filii dei iesu christi domini nostri qui deus τ homo est. Illō aūt notandū ē ꝙ secreta nō tota simul ab vno sed particulatim a pluribus ex eo ꝑpendere fuisse cōposita. q̄a ter in ea scōꝝ cōmemoratio repetitur licet hoc ipsū ꝓuenerit ad laudē τ gloriam trinitatis. In secūda quippe cōmemoratione supplenꝰ qui de p̄mitiuis sanctis deesse videbanꝰ in p̄ma verum in ea cōmemoratiōe que fit ante consecrationē corporis xp̄i postulatur sanctoꝝ suffragiū. in ea v̄o que fit p⁹ consecrationē corporis xp̄i sanctoꝝ consortiū iplorατur. quia nimiꝝ anteq̈ʒ corp⁹ christi quod ē vniuersalis ecclesia consecretur idest anteq̈ʒ regnū adueniat necessariū ē nobis in via sanctorum suffragiū vt meritis eorum τ precibus diuine ꝓtectionis muniamur auxilio sed vt corpus christi fuit consecratū id est vbi regnū aduenerit assequ emur in patria sanctoꝝ consortiū vt societatē τ patrem cū sanctis apostolis τ martyribus habeamus. In via quippe cōmunicamus cū sanctis ꝑ fidem quā ipsi hic habuerūt τ nos habemus. In patria v̄o ꝑticipabimus cū sanctis ꝑ spem quā ipsi habent τ nos habebimus. Nos enim fidem habem⁹ τ spem τ illi spem habent τ rem. nos ꝑcurrim⁹ stadiū isti possident brauiū nos pugnamus in via illi triumphant in patria. Cōmunicam⁹ igiꝰ τ memoriam veneramur apostoloꝝ ac martyꝝ τ p̄cipue gloriose virginis dei genitricis marie ut eoꝝ suffragio de fide ꝑducamur ad spem ō stadio ꝑueniamus ab brauiū de via ad patriā trāseamus. In p̄mis autē nominatur nomen beate marie. q̄a ipsa eum qui oblaturus est τ q̄ vera hostia est genuit τ in celis obtinet p̄ncipatū Nominanꝰ τ duodecim apostoli τ duodeciʒ martyres. q̄ omnes huius sacrificii testes fuerūt. τ passionē xp̄i v̄bis τ effusionis sanguinis testimonio ꝓbauerūt. In hac aūt commeratione sanctoꝝ illud obseruat ecclesia q̄ antiquitas agere cōsueuit vt in orationib⁹ suis recolat patꝝ memoriā q̄tenus eoꝝ meritis suffragantibus facilius obtineat quod iplorat. Sicꝰ moyses ꝓ peccante populo int ercedens patrū memoriam ip̄osuit dicens. Recordare abrahā ysaac τ iacob seruoꝝ τc̄. exodi. xxxii. Sicꝰ Azarias orasse legitur in fornace ne quesumus auferas misericordiam tuam a nobis domine deus noster ꝓpter abraham dilectum tuum τ ysaac seruum tuū τ israhel sanctum tuum. Et quoniam extra vnitatem ecclesie non est locus offerēdi sacrificium vnitatis non sanctorum memorie communicamus in sacrificio quatenus ī communione sanctorum sacrificium offeram⁹. nā sicut vnus panis ex multis granis τ vnum corpus ex multis membris. sic τ multis fidelibus vna constat ecclesia. Scriptum est enim alienigena non vescetur ex eis: quoniam sancta sunt. τ ideo solum illum ad esum eius agni recipimus qui nostre coniunctus est domui videlicet omnem domesticum fidei a principe vsq̈ʒ ad plebeium a populo vsq̈ʒ ad publicanū. Scripserunt autem quidam ꝙ quia sacerdos legalis scripta habebat in logion nomina duodecim tribuum seu patrum. Exodi tricesimo.

Ideo in huius rei memoriam p̄sbyter nomīat
memoriam beate v̄ginis ⁊ apostoloꝝ ⁊ quorū
dam martyrum. Sed cum ecclesia inter sanc-
tos magnifice memoriā confessoꝝ veneretur.
quare in canone non fit de illis commemora-
tio. Responderi potest ꝙ canon p̄us fuit editꝰ
q̄ȝ memoriam sanctoꝝ confessoꝝ ecclesia cele-
braret. nam omnes fere sancti qui in canōe cō
memorantur p̄cessere siluestruȝ p̄ter iohanneȝ
⁊ paulum ⁊ marcellinū ⁊ petrum qui proximo
successerunt. Ecclesia v̄o post tempus beati sil
uestri cepit memoriam sanctoꝝ confessorum
venerari. Canon autem ex eo cōuincitur p̄ces-
sisse ꝙ apostoloꝝ cath ol ogus non ita repitur
ita in illo dispositus siue in emendatioribꝰ co-
dicibus siue in euangeliis. Inuenitur in priori
bus enim editionibus vt dicit hieronymus nō
solum euangelistaꝝ mutatus est ordo sed etiā
verboꝝ ⁊ sententiaꝝ erat confusa commixtio.
Potest etiam dici ꝙ ideo in canone solum fit
mentio de martyribus. quia cū hoc sacramen
tum sit sacramentum amoris. in ipsius sacram̄
ti ministerio debet solum fieri memoria d̄ illis
de quibus specialius apparuit signū veri amo
ris. In apostolis apparuit ꝑ temporalium abie
ctionem. in martyribus ꝑ corpoꝝ tormentis ex
positionē. d̄ p̄mo Mathei. xix. Ecce nos reliq̄-
mus omnia ⁊c̄. de secundo Sap̄. iii. ⁊ si coram
hominibus tormenta passi sunt ⁊c̄. Rursus idō
non fit mentio de confessoribus. quia illi non
sunt passi sicut xp̄s cuius passionis ē memoria
le hoc sacramentum. Gregoriꝰ tertius addidit
hec v̄ba. s. illa que in q̄busdam ecclesiis dicunt̄
s. quoꝝ solēnitas hodie in conspectu tue maie
statis celebrat̄. domine deus noster in toto or
be terraꝝ. Terminat̄ autē hec ꝑticula ꝑ eundē
dominum nostꝝ. sicut enim ꝑ filiū omnia fac-
ta sunt. ita ⁊ ꝑ ipsum habent omnia esse repa-
rata ⁊ terminata. ⁊ s̄m quosdam nō debet hic
responderi amen. neqȝ vsqȝ ad fractionem ho
stie. quia angeloꝝ chorus sancto ministerio as
sistens respondet amen. hoc tamen non vbiqȝ
seruat̄. de hoc dicetur in. xi. particula.

De quarta parte canonis. Rubrica.

Anc igitur ob
lationē. Quarta pars. ⁊ hoc dicē
do sacerdos in q̄busdam ecclesi
is ꝓfunde se inclinat. Sane lega
lis pontifex orans fumo thimiamatis obūbra-
bat̄ ⁊ tegebat̄ ne pateret alicui dū cremaret icē
sicut in ꝓhemio h9 ꝑuiutis dictum est. Et xp̄s
dum patrem interpellat̄ ꝓ nobis āgelorum ꝑ
transiuit intuitum. quia intelligi non pōt q̄ȝtū
p̄sentia sumpte carnis impetret apud patrē ꝓ
nobis. Sacerdos quoqȝ dum vicem christi ge
rit quodammodo tegitur ⁊ latet. quia nec co-
gitari nec narrari potest quanta v̄tus ⁊ poten
tia sit in verbis eius in hoc ministerio quia la-
tet homines ⁊ angelos. Ad quod rep̄sentandū
in q̄busdam ecclesiis sacerdos secretam intrās
quibusdam cortinis que sunt in vtroqȝ latere
altaris que tunc extendunt̄ quasi tegitur ⁊ ve
latur seruitutis nostre. i. mee ⁊ cunctoꝝ que ti
bi seruiunt ⁊ famulant̄. Et nota ꝙ due sunt ser
uitutis species. vna que soli creatori debetur q̄
dicitur latria. altera que creaturis impenditur
que vocat̄ dulia. quasdam enim creaturas pos
sumus inter omnia venerari vtrāqȝ specieȝ do
minus determinat dicens. Reddite que sūt ce
saris cesari. ⁊ que sunt dei deo. vndeuersus. La
tria sit domino debetur dulia seruo. Ad corpꝰ
christi fertur yperdulia vere. Latria ergo ē ser-
uitium siue cultus soli deo creatori debitꝰ quē
debemus suꝑ omnia reuereri. Ad eā quidem ꝑ
tinent templa ⁊ altaria sacerdotia. sacrificia. fe
stiuitates. cerimonie ⁊ huiusmodi que soli deo
sunt exhibenda. iuxta illud. Dominū deū tuum
adorabis ⁊ illi soli seruies. i. soli deo seruitutem
adorationis impendēs. non enim sanctis ⁊ an
gelis ad honorē dei sed potius deo ad honorē
sanctoꝝ ⁊ angeloꝝ dedicantur tēpla ⁊ altaria
consecrant̄ ⁊ sacrificia offerunt̄. nec ipsis ado
rationis seruitus sed soli deo impenditur. vt di
cetur in ꝓhemio septime partis. ne si secus fi-
at nō theosebie cultus exhibeatur. sed idolatrie
crimen incurratur seruiendo creature tāq̄ȝ cre
atori ⁊ mutando gloriam incorruptibilis dei ī
similitudinē corruptibilis hominis. Si igit̄ nec
homines nec angeli adorandi sunt attendant
quid agunt qui sub p̄textu cuiusdam regionis
seu pietatis diuersas adorant imagines. nō enī
licet aliquid manufactū adorare. ꝓut ꝓbatū ē
in ꝑte prima sub titulo de picturis. Una quidē
tantū dei patris est imago quā vna cum patre
adoratione venerari debemus. s. vnigenitū dei
filium iesum christum qui est splendor glorie ⁊
figura substantie eius cuius non solum deita-
tem sed etiam humanitatem adorare debemꝰ.
iuxta illud. Adorate scabellū pedū eius quoniā
sanctum est. Ceteras vero imagines ⁊ creatu-
ras sacras ⁊ sanctas idest angelos homines ⁊
sacramenta non latria sed dulia possumus ve-
nerari. De adoratione angelorum legit̄ ꝙ abra
ham oculis eleuatis in conualle mambre tres
Rursus cantus in ecclesia leticiaꝫ celi significat
voces v̄o graues acute ⁊ suꝑacute innuūt trib⁹
modis p̄dicandū esse tribus ecclesie ordinibus
ꝓpter tricesimū sexagesimū ⁊ centesimū fruc-
tū. vel iuxta tria volumina salomonis significat
ordinem incipientiū ꝓficientiū ⁊ ꝑfectorum. d̄
choro dictū est in prima parte sub titulo de ec
clesia. Sane statutū est in concilio tholetan̄
⁊ gerunden̄. de conse. dis. ii. institutio. ⁊ di. i. al-
taria. ⁊. xii. dis. c. fi. vt tam misse ordo q̄ꝫ psallen
di q̄ꝫ ministrandi consuetudo seruetur in om-
nibus ecclesiis qui ī ecclesia metropolitana ser
uatur. Abbatibus quoq; vel monachis curam
animarum habentibus non licet publica offi-
cia aliter celebrare q̄ꝫ in ecclesia episcopali: q̄ꝫ-
uis augustinus dicat. xii. di. illa. Quodineq; cō
tra fidem neq; contra bonos mores esse cōuin
citur indifferenter habendum esse. ⁊ in ecclesi-
asticis sacramentis fit de iure consuetudo ser-
uanda. de conse. dis. iiii. de cena. extra de celeb.
mis. c. penul. xi. di. catholica.

De nocturnis. Rubrica.

Icet ecclesias
tica officia a vesperis incipiāt. iu-
xta illud. De vesꝑa in vesꝑam ce-
lebrabitis sabbata vestra. extra d̄
feriis. c. ii. quia tamen ordo cōueniens est vt a
tenebris ꝓdeamus in lucem ⁊ non econuerso.
ideo a noctis officio inchoemus. Tempus aūt
nocturnū significat vitam nostram ī peccatis.
nocturnū officiū nostri exilii seruitiū. laus ma-
tutina penitentie suffragiū ꝑ quam tendimus
ad lucis gaudiū ⁊ libertatis. Uel tempus ante
nocturnū significat tēpus ante legem mortis ī
quo omnes silebant a laudibus dei. Tempus
nocturnū significat tempus legis date moysi
Tempus laudis matutine significat tēpus gra
tie a resurrectione vsq; ad finē mūdi in quo tē
pore deum laudare tenemur de bonis nature
que in illa hora nobis cōtulit creādo. de bonis

glorie que in illa nobis contulit resurgendo. ⁊
de bonis glorie que in ea nobis dabit resusci-
tando. Sane nocturnale officiū media nocte
canitur ꝓpter quinqꝫ rationes. Primo q̇a pri
mogenita egypti de nocte interfecta sūt. ⁊ pri-
mogenita israhelis saluata. Ut igitur dominus
nobis seruet primogenita nostra idest heredi-
tatē regni celestis quā nobis primogenitus dī
filius acquisiuit. ideo ei canimus officiū noct-
nale ne simus sicut esau qui ꝓ edulio lenticule
rufe perdidit ṗmogēita sua. vii. q. i. q̄ꝫ ꝑiculosū
Secūdo quia dei filius fuit media nocte natus
iuxta illud sapie. c. xix. Dū mediū silentiū tene-
rent omnia ⁊ nox ⁊c̄. vsqꝫ a regalibus sedibꝰ ve
nit iesus filius tuus. vt ergo ipsiꝰ natiuitati gra
ti simus cū de nocte laudamus ⁊ gratias ð ipsi
us natiuitate agimus. Tertio quia christus in
hac hora captus ⁊ illusus est a iudeis. ea etiam
hora spoliauit infernū large noctem accipiēdo
s. ante lucem. mane v̇o surrexit. media etiaꝫ noc
te ad iudiciū venturus asserit̄. Unde statutum
fuit vt in die vigiliaꝝ pasce añ noctis mediū di
mittere non liceat populos expectātes christi
aduentū. vt dicetur i sexta ꝑte sub sabbato scō
Ideo hac hora deū laudamus gratias agentes
de ipsius captione ⁊ patrū liberatione eiꝰ etiaꝫ
aduentū sollicite expectantes. Quarto vt noc-
tes delictoꝝ nostroꝝ illuminarent̄. Unde pau
lus ⁊ sylas in vinculis existentes media nocte
orantes hymnū cunctis audientibꝰ dixisse me
morant̄ vbi terremotu facto repēte ianua spō
te patefacta est. ⁊ eoꝝ vincula illico sunt soluta
Quinto ꝓpter carnis illecebras psallendo ⁊ o
rando edomandas. q̇a sicut dicit̄ Ecclesi. xxii.
Uigilia honestatis domat carnes. Sciendū
aūt est ꝙ in ṗmitiua ecclesia ministri eccl'ie ter
de nocte interpollatim surgebant ad diuinuꝫ
officiū celebrandū tria in hoc tempora desig-
nantes videlicet tempus ante legem. tēpus sub
lege. ⁊ tempus gratie. Surgebant enim primo
circa ṗmū somnū quando vulgus solet ire dor
mitū. secūdo circa mediā noctem. tertio paulu
lū ante diē. sic ordinantes officiū vt nocturne
finite ⁊ lectiones cum suis responsoriis ꝑlecte
essent ṗusqꝫ lucesseret. apparēte v̇o aurora pul
satis campanis cantabāt te deū laudamꝰ ⁊ ma
tutinas laudes. Ad ṗmam nocturnam ponti-
fex solū ⁊ ministri ecclesie surgebant que sine
īuitatorio cantabatur ꝓ eo quia nullꝰ ad hanc
īuitabatur. Et vocabatur vigilia quia habuit ī
itium a pastoribus vigilias noctis super greges
suos seruantibꝰ. In p̄cipuis tamē solēnitatibꝰ
ppl's tota nocte in dei laudibus ꝑsistebat. sed il
lud sublatū est ⁊ ieiuniū loco illius vigilie ordi
natū. ꝓut dicetur in sexta ꝑte sub quarta feria
t̄tie ebdomade de aduentu. Ad secūdā noc-
turnam surgebant ministri simul ⁊ coniugati
tam mulieres q̄ꝫ viri que cū inuitatorio diceba
tur ad significandū angelos inuitantes pasto-
res ad videndū regem natum. Ad tertiā sur
gebant omnes cōmuniter. sed postea algessen
te caritate cum omnes tam ministri ecclesie q̄ꝫ
populus surgere ad nocturnū officium pigrita
rent: statutū est vt omnes media nocte surge-
rent. iuxta illud ꝓphete. Media nocte surge-
bam ⁊c̄. ⁊ totum noctis officiū continue cāta-
retur. ⁊ plures adhuc illa hora surgunt. Quia
v̇o quidam nocturnis deliciis plusq̄ꝫ dei serui
tus vacantes institutionem huiusmodi nō ser
uabant. consequenter statutū est vt saltem tē-
pore vltime nocturne omnes surgant. Po-
test etiam dici ꝙ quatuor sunt ecclesie hostes.
suꝑiores idest demones malignantes. inferio-
res idest homines aduersantes. īteriores idest
concupiscentie carnales. ⁊ exteriores idest ille
cebre seculares. de ṗmis inquit apostolus. Nō
est nobis colluctatio aduersus carnem et san-
guinem sed aduersus spiritualia nequitie in ce
lestibus. de secūdis psalmista. Supra dorsum
meū fabricauerunt peccatores ꝓlongauerunt
iniq̇ta. si. de tertiis apostolus. Caro cōcupiscit
aduersus spiritum: spiritus aūt aduersus carnē
ð quartis iohan. Nolite diligere mundū neqꝫ
ea que sunt in mūdo. q̇a quicquid est in mun-
do aut est concupiscentia carnis. aut oculoruꝫ
aut superbia vite. Aduersus hos quatuor ho-
stes rectores ecclesie debēt quatuor noctis vi
gilias sollicite custodire. nam pastores custodi
ebant vigilias noctis supra gregē suū videlicet
conticiniū. galliciniū. intēpestū ⁊ anteluciniū. ī
quibꝰ obsesse ciuitatis custodes vigilant alter
natim. Primam ergo vigiliaꝫ custodire debēt
contra fallacias ṗmoꝝ hostiū. secundā contra
versutiā secundoꝝ. tertiā contra tertias. quar-
tam contra quartas. Et ideo nocturnū officiū
in quatuor est partes distinctum scilicet i tres
nocturnos ⁊ matutinas laudes. quod per qua
tuor noctis vigilias contra dictas quatuor ho
stiū ꝑsecutiones antiq̇tus ecclesia decantabat
Porro in memoriā illius laudabilis consue
tudinis ⁊ deuotionis antiquoꝝ ī parte estiua-
lis celebrat ecclesiis nocturnū officiū in tēpore
ṗme nocturne licet quandoqꝫ tempestiuiꝰ qð
quidā vigilias sub antiquo nomine vocant et
specialiter in festiuitatibus beatoꝝ iohānis ba
ptiste. petri ⁊ pauli ⁊ assūptionis beate marie:
que sunt p̄cipue illius temporis solēnitates. et
hoc facere incipiūt in ipso festo beati iohānis
in crepusculo ꝓ eo ꝙ ipse fuit finis veteris te-
stamenti ⁊ initiū noui. Romani etiā adhuc in
omnibus p̄cipuis festiuitatibus totius anni in
sero dicunt tres psalmos ⁊ tres lectiōes quos

vigilias vocant ⁊ in nocturnis idem repetũt ⁊
totum officiũ matutinũ ꝑficiũt. Rursus in
memoriam dicte deuotiõis antiquoꝝ ter ĩ no-
cte surgentiũ. Tres nocturnos dicimus q̇ ⁊ in
de nomen ⁊ originẽ habuerunt. Et nota ꝙ no
cturna ne. ponitur ꝓ hora. sed nocturni noꝝ ꝓ
officio. vel nocturna ne. est collectio psalmorũ
qui dicũtur ante lectiões in dominica vel etiã
in ꝓfestis diebus. Nocturne in plurali dicunt̃
tempora in quibus psalmi cantant̃. nocturne
noꝝ. dicũtur nouem psalmi ⁊ nouem lectiones
cũ suis responsoriis in solẽnitatibus. Sane
ꝑ nocturnas excubias diaboli vitamus ĩsidias
⁊ ideo nocte surgentes currimus cãpanis au-
ditis ad ecclesiam veluti exercitus ad militiam
audito clangore tubaꝝ. Aulam igitur regiam. i
ecclesiam ingredientes ad altare inclinamꝰ. q̇
quasi regem milites adoramus. eterni enim re
gis milites sumus. Inclinãtes aũt trinam faci
mus orationẽ dicentes ter pater noster. sermo
nem ad patrem ⁊ filium ⁊ ad spiritum sanctuz
dirigentes. cũ ad patrem loquimur ad mediuz
altaris intentione cordis ⁊ statu corpis nos p̃
sentamus ꝓpter patris potentiam ⁊ nostram
ꝑseuerantiam. cũ ad filiũ loquimur ad sinistrã
altaris partem nos cõuertimus ꝓpter ipsius ex
inanitionẽ ⁊ nostri lapsus offensionẽ. cum ad
spiritũ sanctũ ad altaris dextꝝ transimꝰ ꝓpter
ipsius benignitatẽ ⁊ nostrã gratie consecutio-
nẽ. Quidã tamẽ ad hoc habent spãles oratões
deinde q̇dã psalmos graduales incipiũt. de q̇-
bus dictũ est in ꝓhemio huiꝰ partis. Sacerdos
itaqꝫ nocturnũ inchoans officiũ a domino q̇
est alpha ⁊ o. i. p̃ncipium ⁊ finis ⁊ bonoꝝ largi
tor omniũ incipit. Et quoniã scriptũ ẽ iohã. xv
Sine me nihil potestis facere. ⁊ os apire petit
ante omnia fiducialiter ab eo q̇ dicit aperi os
tuũ ⁊ ego adimplebo illud. vt ei os apiat ad di
gne ipsum laudandũ dicens. Dñe labia mea a
peries. ⁊ os meũ ⁊c̃. q̇a nõ est speciosa laus dei
in ore peccatoris nisi ipse in laudẽ dei suiipsiꝰ
os apire digneṫ. iuxta ꝓphetã. iii. q. viii. §. qȯ te
staṫ. Quare tu enar. iustic. me. ⁊ assumis testa.
meũ ꝑ os tuũ. finit etiã hoc officiũ in ipso deo
dũ dicit̃ deo gratias. vt initiũ ⁊ finis circularit̃
referant̃ ad eũ q̇ est alpha ⁊ o. ⁊ ꝙ dicit̃ apies
ponit̃ tẽpus ꝓ tpe. i. api. Rursus petit sua labia
apiri. qm̃ p̃dem in cõpletorio nos deo cõmen-
dauimꝰ. ⁊ os ⁊ pectus signo crucis muniẽtes
cõclusimus. q̃re merito nũc eũ p̃catur vt labia
clausa apiat ad laudandũ. Chorus v̑o ad notã
dũ armoniã nõ mutata ꝑsona rñdens dicit. Et
os meũ annũ. lau. tu. Est enĩ vera armonia ut
sit credentiũ cor vnũ ⁊ aĩa vna. Ac. c. iiii. ⁊ in ta
li vnitate deus laudat̃. Quia v̑o diabolꝰ dei lau
dem abhorret. ꝓpter qȯ deũ laudare volentez

atagit ĩpedire. nã contẽptus pharaonis. i. dia-
bolus surgit in scandala. ideo ecclesia ne succũ
bat statim impetrata loquẽdi licentia orat di-
cens alta voce. Deus in adiutoriũ meũ intende
Chorus respondẽs dicit. Dñe ad adiu. me festi
na ⁊c̃. Sane p̃missis duobus habitis videlz
gratia ꝑ quã os apitur ⁊ diabolo ꝑ auxiliũ dei
repulsio nihil aliud restat nisi laudare. vnde sta
tim ecclesia laudans subiicit gloria patri ⁊c̃. de
quo in ꝓhemio dictũ est. Verꝝ q̇a non suffi
cit deũ laudare nisi etiã ad laudandũ alios in-
uitemus vt qui audit dicat veni. apoca. vlti. ex-
tra de sacra vnc. c. vnico. ⁊ cortina cortinã tra
hat. exodi. xx. ideo sequit̃ inuitatoriũ ⁊ inuita-
torius psalmus. Venite exultemus. vbi multi-
plex causa reddit̃ quare deo exultare ⁊ iubila-
re debemus dũ ibi dicitur. Qm̃ deus magnus
⁊c̃. ⁊ vltimo assignat̃ causa. s. ne ingrati simus
sicut iudei q̇ ꝓpter suam ingratitudinẽ ⁊ mali
tiam terrã ꝓmissionis nõ intrauerunt. vñ dici
tur ibi. Si introibũt in requiẽ meam q̃si dicat
nõ. Inuitatoriũ autẽ alta voce dicit̃ q̃si mater
ecclesia ꝑ illud ĩuitet homines ad confitenduz
dño: iuxta illud. Venite filii audite me. qȯ no-
tat secũdus v̑sus p̃occupemus ⁊c̃. Hinc est ꝙ ĩ
q̇busdam ecclesiis iacentes ad orationẽ añ ma
tutinũ ante singula altaria statim cũ audiãt cã
tari venite exultemus. choꝝ intrant. incipiẽs. n
ĩuitatoriũ est quasi p̃co tanq̃ tuba exaltãs vo
cem suã. Premittit̃ quoqꝫ inuitatorio vox hu
milis. Sed cũ venit ad psalmũ inuitatorium ex
altatur quia ecclesia p̃mo secreto quasi hostio
clauso laudat deum ꝓpter se. sed postea mani-
feste propter alios. vt ardor accendat ꝓximos.
Hinc ergo est ꝙ in precipuis festiuitatibus in
uitatorium quasi voce valde demissa inchoet̃
Sed cum venitur ad versum. Hodie si vocem
eius audieritis nolite ⁊c̃. exaltatur ne quis cor
de forte obduratus de voce non audita cause-
tur. Unde isaie. Quasi tuba exalta vocem tuaz.
Rursus voce demissa inchoatur ad notan-
dum ꝙ in primitiua ecclesia populus clam ad
fidem ⁊ ad christum colendum inuitabatur.
Sed postea vox exaltatur vt ostendatur ꝙ ho
die liber inuitatur predicatur ⁊ adoratur.
Item inuitatorium ipsum ad aliquos ver-
sus illius psalmi venite repetitur integre et ad
alios imperfecte. quia licet omnes per ipsum ĩ
uitatorium ad laudes ⁊ gloriam dei imitentur
aliqui tamen perfecte ⁊ aliqui imperfecte. hãc
ĩuitationem recipiunt. Dicitur autem sexies ĩ
tegre ĩuitationem recipiunt qui profecte lau-
des deo referunt. Perfecte autem laudes refe
runt qui nil quod non sit laudis interponunt
quia ergo senarius est primꝰ numerꝰ ꝑfectꝰ qȯ
patet. q̇a cõstat ex suis ꝑtibus aliquotis. s. vno

duobus ⁊ tribus . ideo sexies integre repetit᷑
Ter v̇o impfecte repetit᷑ ꝓpter illa tria homi-
nū genera qui ad cenā inuitati imitationē nō
reciperūt.s.auari supbi ⁊ luxuriosi. vt dicetur i
sexta pte sub secunda dominica post pētecho
sten.vel ꝓpter nostram in tribus.s.in corde.in
ore ⁊ in ope impfectionē. Ceteꝝ epiphanie
officiū inuitatorio caret.ꝓut ibi in sexta pte di
cetur.⁊ etiam mortuoꝝ officiū nisi funere p̄sen
te.quia in illo officio xp̄i exeq̇as imitamur. nō
enī in pasceue dicit᷑. Adhuc quia nō sufficit
deū ore laudare nisi ⁊ mente laudet᷑. ideo post
īuitatoriū subiicitur hymnus.i.laus dei. Item
quia post inuitationē consequenter multi deū
cū leticia laudant.iuxta illud.audiuit ⁊ letata ē
est syon.ideo post īuitatoriū cantat᷑ cōmunit᷑
hymnus.Tertio dicit᷑ hymnus ī signū.quia si-
cut in actibus apostoloꝝ gentes gauise sūt. q̇a
ad fidem vocate sunt. Porro quia iterū non
sufficit laus oris ⁊ cordis nisi ⁊ opus sequatur
q̇a fides sine opibus non ꝓdest īmo mortua ē
ideo post hymnū sequūtur psalmi qui bonam
opationem designant.Dicūtur etiā antiphone
que significant caritatē sine qua opus non ꝓfi
cit ⁊ v̇siculi.de q̇bus in ꝓhemio dictum est.
Post versus ante lectiones p quas doctrinaꝫ
habemus dicit᷑ oratio dom inica. Primo ad
notandū ꝙ qui eget sapientia ⁊ intellectu doc
trine postulet illam a deo qui ſm beatū Iaco-
bum dat effluenter omnib⁹ ⁊ non īproperat
Secūdo vt ipsius orationis auxilio ꝓficiat in
nobis v̇sus intentio. Tertio vt p illam diaboli
tēptationes pellant᷑.ille enim sentiens nos vel
le lectiones legere in quib⁹ sanctoꝝ victorie cō
tra ipsum habite legunt᷑:satagit nos acrius im
pugnare vnde nos illa oratiōe munimus. Dici
tur aūt secrete p quod secretū regis consilium
intelligit᷑ vt ꝓposite similitudinis ꝓsequamur
exemplū ⁊ vt diligenti⁹ capiat᷑ vel quia in ea lo
q̇mur deo.‖ Ultima tamē pars patēter cōcludi
tur vt pateat ad quid oratio ipsa dicat᷑.s. ne lec
tor p fantasiam temptationū efferat᷑.⁊ auditor
a lectionis intellectu ⁊ ꝓfectu fraudet᷑. de hoc
sub ti.de prima dicet᷑. Per p̄ces v̇o que domi-
nicam orationē ante lectiones sequūtur īplora
tur sanctoꝝ intercessio ad obtinendū quod in
ipsa oratione postulat᷑.Oramus enī dominum
vt mittat oparios in messem suā ⁊ apiat cor no
strū in lege sua ⁊ in p̄ceptis suis ne semen v̇bū
dei quod audituri sumus aut volucres come-
dant aut spine suffocent aut in petra vbi non
habet humorem arescat. Consequenter lec-
tiones que sūt doctrina subiiciunt᷑. ⁊ post lec-
tiones responsoria que bona opa significāt.de
quib⁹ in ꝓhemio dictū est. Illud aūt consi-
derandū est ꝙ in diebus festiuis ⁊ dominicis

tres dicimus nocturnos. in ꝓfestis vnam. si-
quidē in triū nocturnoꝝ officiis tria tēpora re
p̄sentamus.s.tēpus ante legem.tēpus sub lege.
⁊ tēpus gratie.quoꝝ quodlibet tribus distinc-
tionibus variat᷑.Tēpus aū legē has distinctio
nes habuit.prima fuit ab adam vsq̧ ad noe. se
cūda a noe vsq̧ ad abraham.tertia ab abrahaꝫ
vsq̧ ad moysen.Tēpus sub lege has distincti-
ones habuit.prima a moyse vsq̧ ad dauid.secū
da a dauid vsq̧ ad transmigrationē babylōis.
tertia a transmigratione babylonis vsq̧ ad xp̄ꝫ
Tempus v̇o gratie has distinctiōes habuit.pri
ma distinctio fuit apostolice ⁊ euangelice p̄di
cationis.secūda tēpus īpugnationis p hereses
emergentes.tertia tēpus pacis quādo videlicꝫ
hereses eliminate sunt. Recte aūt tres noctur-
ni patres seu fideles vtriusq̧ tēporis significāt
qui vigilantes p dei laudem ad eternam perue
niēt laudem.Unde apostolus ad corin.i.Om-
nes stabimus ante tribunal iudicis ⁊ nos qui
viuimus ⁊ qui residui sumus non p̄ueniemus
eos qui dormierūt.Quia ergo illi bonis insistē
tes operib⁹ bene vigilauerūt. merito ⁊ nos ut
eoꝝ meritis trinitati placere ⁊ nouem ordinib⁹
angeloꝝ sociari possimus.In nocturnali officō
sub antiphonaꝝ.psalmorum.versuū.lectionum
responsorioꝝ nouenario deo laudes canimus
antiphone ad dilectionem.psalmi ad actioneꝫ.
versus ad exercitationē.lectiones ad dei cogni
tionem.respōsoria ad gaudiū ⁊ cantū pertinēt
angeloꝝ. Nouenarii v̇o antiphonaꝝ.psalmorū
lectionū ⁊ responsorioꝝ ꝓ eodem accipiuntur
q̄ꝫtū ad nostram significationē.de hoc etiā di-
cet᷑ in sexta parte sub festo natalis ⁊ sub feria
q̇nta cene domini.⁊ sub titulo de septē diebus
post pasca.In q̇busdam tū ecclesiis quādo di
cit᷑ te deum laudam⁹ nonū responsoriū nō di-
cit᷑. Premissas itaq̧ triū tempoꝝ nouē diuersi
tates seu distinctiones īuenimus in nocturnis
solēnitatū scōꝝ ⁊ dn̄icaꝝ.in solēnitatibus enim
sanctoꝝ tres nocturnas celebrantes imitamur
excubias celestis hierusalem que edificatur ut
ciuitas ⁊ conseruatur per angelorum excubias
qui tantum trinas distinguunt. idest dum ter
tria trinitati concinnunt. Sic ⁊ nos qui in il-
lam credimus tres nocturnas celebramus.imi
tamur ⁊ si in hoc primitiue ecclesie tres inter-
pollatas excubias que ter in nocte surgebant
ad confitendum domino vt premissum est.Si
quidem canimus nouem lectiones. nouē psal
mos.nouē antiphonas ⁊ nouem responsoria.
videlꝫ in vtraq̧ nocturna tres siue tria. ad no-
tandum omnes electos qui fuerant ante legeꝫ
sub lege ⁊ sub gratia associatos esse in cogni-
tione scē trinitatis nouē ordinib⁹ āgeloꝝ ⁊ i ce
lis ip̄i trinitati cōgaudere ⁊ vsq̧ i fine sociabūt᷑

sicut autē angeli p̄ores electis fuerūt:ita ⁊ psal
mi lectiones p̄cedūt. In dominicis quoq; die
bus in quib⁹ aliud festū nō occurrit tres noc
turnos celebramus.Et dicūtur in p̄mo noctur
no duodecī psalmi ⁊ tres antiphone q̄rū que-
libet respōdet q̄tuor psalmis ⁊ in plerisq; locis
vnū.gloria patri q̄tuor psalmis respōdet.Sane
dominicā diem dominus sua resurrectiōe glo
rificauit ⁊ in ea angelorum consortia ꝓmeruim⁹.
Unde dominica vox dominicā resurrectionē
nobis ad memoriam reducet ⁊ etiā resurrecti
onem omniū fideliū qui ab initio mūdi fuerūt
⁊ vsq; ad finem seculi futuri sūt. quia ī resurre
ctione domini omniū electorum resurrectio signi
ficata est.Primum nocturnū recolit temp⁹ añ
legem.s.tēpus legis natalis.duodecim⁹ psalm⁹
illius recolit resurrectionē omniuz sanctorum illi
us tēporis p̄sertim duodecim patriarcharuz q̄
tunc maxime viguerunt ⁊ vigilauerunt a q̄bus
populus domini in duodecī tribub⁹ fuit ꝓpa
gatus q̄ fuit domino populus peculiaris sicut
ī tēpore gratie duodecim apostoli p̄ ceteris p̄
fulserunt.Quaternarius psalmorum numer⁹ q̄tu
or p̄ncipales seu cardinales v̄tutes p̄tendit.vi
delz prudentiā.iusticiam. fortitudinem ⁊ tēpe
rantiam.quas credimus sanctos patriarchas
suo tēpore p̄ ceteris habuisse ⁊ aliis exēplo mō
strasse.Tres antiphone fidem sancte trinitatis
siue dilectionē in ea ostendit.Quarum cuilibet re
spondēt q̄tuor psalmi.nam q̄libet tenens fidez
sancte trinitatis quatuor p̄missis v̄tutibus ē q̄
dratus.Ciuitas enim in quadro posita ē. sicut
habet̄ apoca.c.penul. Ideo autem q̄tuor psal
mi sub vno gloria dicunt̄ nec separant̄.q̄a q̄tu
or p̄misse v̄tutes insep̄abiles sunt sed qui habz
vnam habet omnes sicut ꝓbat augustinus.
Item in eo q̄ sub vno gloria patri siue glorifi
catione trinitatis quatuor psalmi copulāt̄ ostē
ditur dictos patriarchas in vna fide trinitatis
dictas quatuor v̄tutes habuisse ⁊ ceteris exem
plo monstrasse.Uerum quidā omnes psalmos p̄
me nocturne sub vna ātiphona cantāt. ad no
tandum delectationē quā habēt in cognitiōe
trinitatis.Quidam etiā ad quēlibet psalmuz di
cunt gl'ia.sed p̄ tres ātiphonas eos distinguūt
q̄a quilibet tenet̄ ex suo dono reddere laudes
trinitati ex hac delectatione quā habet in cog
nitione trinitatis. Et attēde quia in prima di
stinctione tēporis ante legez vigilauerunt abel
enos.enoch ⁊ lamech.quod ī p̄mis q̄tuor psal
mis innuitur.Beatus vir cantat abel q̄ tanq̄
lignum plantatum secus decursus aquaruz de
dit in tempore suo fructum iusticie dum ꝓ iu
sticia cōseruāda succubuit.Quare fremuerunt
cantat eneos qui domino in timore seruiuit:
dum nomen domini vocauit. Domīe q̄d mul
tiplicati sunt cātat enoch quē dominus susce
pit dum euz in paradisuz transtulit. Domīe ne
in furore cantat lamech quē dominus exaudi
uit dum ei talem filium dedit qui genus huma
num a furore dei in archa saluauit.quia igit̄ q̄
tuor dūtaxat psalmi dicuntur.ideo duo psalmi
de matutinali officio subtrahūtur.videlicet.cū
īuocarē.⁊ verba mea.Et ideo illi potius q̄z alii
quia primus semper in cōpletorio.⁊ secundus
in secūda feria ad laudes dicit̄. In secūda v̄o
distinctione primi tēporis vigilauerūt noe.sem
heber.⁊ thare.Domine deus meus.cātat noe.
quē dominus in illa generatiōe iustū inuenit.
⁊ ideo aquis p̄sequentibus saluū fecit.Domīe
dominus noster cantat sem.quē domin⁹ glo-
ria ⁊ honore coronauit dū eū super fratres pa
tris benedictione sublimauit. Confitebor tibi.
cantat heber qui mirabilia dei narrauit cū ciui
tatem gygantū dissipauit.In domino confido
cantat thare qui in vrbe chaldeorum posit⁹ ī do-
mino confidit cuius pars calicis ignis sulphur
extitit.In tertia distinctione primi tēporis vi
gilauerūt abraham ysaac iacob ⁊ ioseph. quod
sequentes psalmi declarant.saluū me fac.cātat
abraham quem deus saluū fecit in cuius tēpo
re sensus defecit quia idolatrie seruiuit. Usq;-
quo cantat ysaac quē dominus in sacrificio re
spexit.Dixit insipiens cantat iacob qui spes do
mini fuit.vnde ibi dicit̄. Exultabit iacob ⁊ leta
bitur israhel.Dñe quis habitabit cātat ioseph
qui fuit sine macula dum adulteriū recusauit.
Secundū v̄o nocturnū dominicalem siue tres
psalmi qui tunc dicuntur cum tribus antipho
nis ⁊ tribus glorificationibus recolunt resur-
rectionē earum qui sub lege mosayca fuerunt.Et
licet tunc multi sancti fuerunt tamen tres ordi
nes fuerunt scilicet legislator cū suis imitatori
bus ⁊ psalmista cū suis ⁊ prophete. Fuerunt
nanq; aliqua doctrina legis contenti. fuerunt
etiam aliqui qui cum dauid vel admodum ipsi
us domino psalmos decantauerūt ante archā
eius.fuerunt ⁊ prophete quibus datuz fuit cor
rigere populum doctrina ⁊ sapientia sibi a deo
data ⁊ predicere eis futura. Propter hos tres
ordines tres psalmos dicimus.⁊ quia isti serui
erunt trinitati cum delectatione spirituali.iđo
ad singulos dicimus gloria patri cum antipho
na.Qui autem omnes psalmos prime noctur-
ne dicunt sub vna antiphona ⁊ omnes secūde
nocturne sub tribus hoc attendūt. quia ⁊ si ill'
qui fuerūt t̄pe legis nature reuelata fuerit ali-
quantulū veritas illis.tamē qui fuerunt sub le
ge moysi magis ⁊ ide maior ē eis exultatio q̄d
notat antiphonarum triplicatio. Preterea illis q̄
fuerunt sub lege nature promissa fuit heredi-
tas sed his que fuerūt sub lege moysi collata.

Et q̄ in prima distinctione tẽpore legis vigila
uerũt sacerdotes vt aaron cũ docuit quos exp̄
mit psalmista Conserua me. quoꝝ domin⁹ ps
fuit hereditatis ⁊ calicis. In secũda iudices ⁊
gedeon dũ iudicauit quos exp̄mit psalm⁹ Ex/
audi domine iusticiã meam. quoꝝ iudiciũ pro
diit de vultu omnipotentis. In tertia reges vt
salomon dũ populũ rexit quos insinuat psal/
mus Diligã te. quos dñs constituit sup gentes
In tertio vo nocturno tres psalmos dicimus:
resurrectionẽ omniũ illoꝝ q̇ tempore gratie si/
ue in nouo testamento in tribus mũdi ptibus
s. asia aphrica ⁊ europa viguerũt ⁊ vigebũt. Et
q̇a tẽpore gratie maxime facta est reuelatio ⁊ i
pletio vitatis. ideo psalmi illi cantant̃ sepius cũ
antiphonis habentibus alleluia ad maius gau
diũ designandũ. put plenius in sexta parte sub
natali dicet̃. Hinc etiam est q̄ in quibusdã ec/
clesiis semper in omni tertio nocturno siue do
minicali siue festiuali lectiões ex nouo testamẽ
to subiiciunt̃. s. expositiones euangelioꝝ. ⁊ dici
tur Te deũ laudamus. Et attende quoniam
in p̄ma distinctione tẽporis gratie vigilauerũt
apostoli qui exprimuntur in psalmo Celi enar
rant. quia in omnem terrã exiuit sonus eorum
In secũdo martyres quos declarat psalm⁹. Ex
audiat te. quia dominus ptexit eos in die tri/
bulationis eoꝝ. In tertia confessores quos in/
nuit psalmus. Domine in virtute. qui non sunt
fraudati voluntate labioꝝ suoꝝ. Illud ergo ĩter
est inter duodecim psalmos primi nocturni q̇
sine antiphonis dicunt̃. quia nõ quilibet eorũ
habet antiphonã ⁊ tres psalmos. alioꝝ noctur
noꝝ qui cum antiphonis dicũtur quod iterest
inter duodecim patriarchas qui pegrini erant
⁊ spabant hereditatem quã posteri eoꝝ posse/
derũt ⁊ eoꝝ posteros q̇ terrã in patrib⁹ eoꝝ p
missam hereditauerunt. Inter illos quoqꝫ tres
psalmos tertii nocturni q̇ dicunt̃ cũ antiphõis
habentibus alleluia. ⁊ illi secũdi nocturni q̇ di/
cunt̃ cũ antiphonis sine alleluia illud interest
quod interest inter illos qui habuerũt testamẽ
tum imitandũ ⁊ eos q̇ habent non imitandũ.
maior nãqꝫ est gloriatio noui q̄ꝫ veteris testa/
menti ⁊ de p̄ceptis q̄ꝫ de pmissis. Premissi
igitur tres nocturni sunt illi tres anni ficulnee
quã dominus inutilẽ inuenit dicẽs de illa. Di/
mitte me vt succidam. ⁊ rñsum est ei adhuc di/
mitte eam hoc anno vt circũfodiã eã ⁊ mittam
stercora. Cantam⁹ enĩ in p̄ma nocturna vt re/
colentes facta patꝝ qui sub lege nature fuerũt
non ĩutiles ĩueniamur. Cantamus etiã ĩ secun
da ⁊ tertia ut recolentes facta patꝝ q̇ sub lege
mosaica ⁊ q̇ etiã ante eos fuerunt sub lege gra
tie nõ intiles ĩueniamur. ⁊ si inutiles sim⁹ opor
tet q̄ pastor noster fodeat circa nos dicens re

ducendo nobis ad memoriã mortẽ illoꝝ quos
vidim⁹ pauloante florere. Fili vide q̄ꝫ fortis fu
it ille. q̄ꝫ nobilis. q̄ꝫ diues. q̄ꝫ potens. ⁊ ecce ad
momentũ transiuit. oportet etiã vt stercora po
nat peccata videlꝫ ante oculos nostros ponen
do. ⁊ si hoc nõ habet effectũ dicat ĩ pximo est
q̄ dñs ad radicẽ arboris securim ponet. ⁊ si te
ĩutilẽ inueniet ĩ ignẽ eternũ vbi ppetuo cõbu/
reris piiciet. Dicto de nocturnis festiuitatũ
⁊ dominicaꝝ. nũc de nocturnis ferialibus siue
non solenniũ dieꝝ pauca dicamus. Et quidem
in illis dicimus duodecim psalmos vt nos deo
debere seruire in duodecim noctis horas ostẽ
damus cuilibet hore vnũ psalmũ attribuentes
cũ non possimus iugiter deo seruire put in p
hemio dictũ ẽ. Olim q̇dẽ varii psalmi canebãt̃
nã alii q̇nquaginta alii plures alii pauciores di
cebant. sed angelo reuelãte patres cõuenerunt
vt duodecim dicerent̃. q̇ psalmi bini ⁊ bini di/
cunt̃ ad notandũ q̄ sine caritate q̃ ad min⁹ in
ter duos cõsistit laudes nostre vel opa nr̃a ni/
hil psunt. In q̇busdã tamẽ ecclesiis in diebus
pfestis inter duos psalmos gloria patri ĩterpo
nit̃ ad notandũ q̄ xp̄s ẽ dei ⁊ hominũ media/
tor. In aliis vo ecclesiis duo psalmi sub vno
gloria terminãt̃. ad notandũ q̇a laudes nostre
tũc deo accepte sunt si in caritate maneamus.
⁊ sic inter duos psalmos nihil ĩterponũt. quia
inter deũ ⁊ pximũ ĩ quoꝝ dilectiõe caritas p
prie cõsistit mediũ nõ habet̃. ⁊ sm̃ hoc in duo
decĩ psalmis sexies tm̃ gloria patri dicit̃ sicut
sex sunt mũdi etate. Preterea sicut hominuꝫ a
natiuitate vsqꝫ ĩ finẽ vite sex etates naturaliter
accidũt: ita in quotidiano nocturno sexies dr̃
gloria patri vt recolamus q̇a vsqꝫ in finẽ ĩ dile
ctione pseuerare debemus. ppter eandẽ etiam
causam tũc sex antiphone dicunt̃ q̃ q̇d signifi
cent ĩ phemio dictũ ẽ. vel ppter sex opa mise/
ricordie q̃ si obseruauerim⁹ de tenebris h⁹ noc
tis vel mortis vel verã lucẽ ⁊ vitã pueniemus
eternã. Tres quoqꝫ lectiões q̃ tũc dicunt̃ doc/
trinã electoꝝ triũ tẽpoꝝ significãt ⁊ cũ ipsis in
terpollate tria rñsoria dicũt̃ ad notandũ q̄ q̇c/
q̇d electi in trib⁹ tpibus docuerũt. ⁊ q̇cq̇d ĩ tri
bus etatibus agim⁹ ad dñm trinitatẽ referim⁹
⁊ trinitatẽ in fide spe ⁊ caritate glorificamus.
Responsoria enĩ a respondẽdo dicũt̃. Ad hoc
tres lectiones dicunt̃. q̇a dñs tres posuit vigi/
lias dicens. Si in prima si in secũda si in tertia
vigilia venerit ⁊ ita inuenerit: beati sunt serui il
li. Que tres vigilie tres etates designant. s. pue
ritiam. iuuentutem ⁊ senectutem. in quib⁹ be/
ne vigilandi deum laudare debemus. Et no
ta q̄ psalmodia trium nocturnoꝝ tam domini
calium q̄ꝫ ferialium dieta vocatur. Unde exo.
c. iii. Uiam trium dierum ibimus in solitudine

Sane gregorius septimus cõstituit vt ĩ die
resurrectionis vsq; in sabbatũ in albis ⁊ ĩ die
pentechostes vsq; ad sabbatuz eiusdẽ tres psal
mi tantũ ad nocturnos tres quoq; lectiões di
cantur. Omnibus vͦo aliis diebus ꝑ totum an
num si festiuitas est nouem lectiones legãtur.
Aliis vͦo diebus.s.in feriis duodecim psalmi ⁊
tres lectiones. In dominicis vͦo diebus excep
tis dominicis pasce ⁊ pentechostes decẽ ⁊ oc
to psalmi ⁊ nouem lectiones dicanť. Illi autẽ
qui singulis diebus p̃ter ebdomadas pasce et
pentechostes tres tantum psalmos ⁊ tres lec-
tiones dicunt nõ ex regula sanctorum patruz
sed ex fastidio hoc facere cõprobantur. Noc-
turnis finitis campane pulsantur. ⁊ Te deum
laudamus alta voce cantatur. ad notanduz ꝙ
manifeste ⁊ mirifice ecclesia tẽpore gratie lau-
dat deum. ⁊ ad signandum ꝙ si bonis operibꝰ
doctrine sancte bene responderimus ad cele-
stem laudem cum angelis ꝑueniemus. cantus
quoq; tunc alta voce factus gaudiuz mulieris
de dragma perdita inuenta designat. Quod vͦo
finis eiusdem cantici ibi ꝑ singulos dies ⁊c̃. et
alii versus sequentes altiꝰ canunť significat cõ
gratulationem vicinarum quam mulieri pro-
pter dragmam repertam fecerunt. Compulsa-
tio vͦo campanarum conuocationem vicinaꝝ
rep̃sentat. In quibusdam etiam ecclesiis lumi
naria accenduntur. nam ⁊ mulier ipsa lucerna
accensa totam domum euertit. Hoc etiam sig
nificat ꝙ ecclesia catholica ꝑ xp̃m extrahiť de
inferno. Uel ipse hymnus futuꝝ gaudium ⁊ le
ticiam rep̃sentat quã ecclesia requiescens a la-
boribus suis est in die iudicii consecutura. Et
est sciendum ꝙ cum beatus ambrosius beatũ
augustinum de manicheis cõuersum baptizas
set dixit. Te deum laudamꝰ. Augustinꝰ vͦo re-
spondit. Te dñm cõfitemur. ⁊ illo dicente. Te
eternum patrẽ. ille r̃ndit. Tibi oẽs angeli. ⁊c̃. ⁊
sic totũ illuz hymnum alternati cõposuerunt.
Post te deum laudamꝰ. vel qñ illud nõ dr̃ pꝰ
oẽs lectiões ⁊ r̃nsoria diciť v̾sus a sacerdote ꝑ
quẽ excitat audiẽtes ut in dei laude ꝑmaneãt
Et diciť voce magis dimissa ad notandum ꝙ
nõ prodest clamor vocis nisi assit clamor cor-
dis. Uerꝫ btũs Bñdictus aliter officiũ noctis
ordinauit. nõ tñ dissentiẽs a p̃missa ecclesie or
dinatiõe vel illi in aliquo cõtradicẽs sed ordini
suo quoddã peculiare cõstituens. Ipse nanq;
instituit semel dici. Deus ĩ adiutoriũ meũ iten
deˢ semel dici. ⁊ ter Dñe labia mea apies. prop-
ter reuerentiã vnitatis ⁊ trinitatis. Deĩde psal-
mũ. Dñe q̇d multiplicati. eo ꝙ a somno surgẽs
dicit in eo. Ego dormiui ⁊ somnũ cepi ⁊c̃. dein
de in p̃mo nocturno sex psalmi ⁊ q̃tuor lectio-
nes cũ totidẽ responsoriis cãtari instituit ⁊ to

tidem respõsoriis cantari instituit ⁊ totidem ĩ
secũdo ꝑ hoc vitã contemplatiuã ĩnuens ⁊ ac
tiuã. Senarius enĩ psalmoꝝ numerꝰ vitã desig
nat actiuã in qua sex misericordie opa conue
nit exerceri. Si q̇s ad contẽplatiue vite ꝑfecti-
onẽ voluerit ꝑuenire q̃ ꝑ quatuor euãgelia de
signať ⁊ ꝑ quatuor lectiões similiter figuratur
q̃ternarius q̇dem numerus apud monachos
q̃dratam stabilitatẽ ⁊ euangelicã ĩ sanctis exp̃
mit seu q̃druplicẽ sensũ scripturaꝝ propter q̃-
drigas aminadab. i. historialẽ allegoricũ tropo
logicũ ⁊ anagogicum. In tertio vͦo nocturno
tria cãtica cantari instituit in laudẽ trinitatis
a q̃ nobis vite ꝑfectio dari cũ caritate credimꝰ
⁊ sp̃amus. Cantanť autẽ illa cãtica cũ alleluia
qd̃ est canticũ celestis leticie vt ꝑ hoc totã tri-
nitatẽ esse dignam celesti laude ostendať. ⁊ ad
quã plene laudandã nõ sufficit laus humana.
Quatuor vͦo lectiones de euãgelio q̃ sequunť
significãt ꝙ laudatores dei ꝑ q̃tuor euãgelista
rum doctrinã debẽt eẽ q̃tuor v̾tutibus ĩsigniti
ꝑ q̃tuor etiã r̃nsoria laudantiuz alacritas desig
nať. Sed ne hoc bonuz agẽtes illud sibi ascri-
bant sed totuz dei laude attribuãt ⁊ se illius ser
uos oñdãt subiungiť Te deuz lau. postea legiť
euãgeliuz qd̃ significat denarium. i. vitã eternã
q̃ digne deum laudãtibꝰ ĩ fine reddeť ad qd̃ se
quiť amẽ. i. fiat nobis. qd̃ ex euãgelio credimꝰ
⁊ sp̃amꝰ. hymnꝰ vͦo q̇ sequiť. s. Te decet laus ⁊c̃
Gaudiuz qd̃ scĩ pꝰ laborẽ hñt de remuneratõe
denarii significat. Monachi autẽ nũq; nouez
lectiões dicunt nisi ĩ exeq̇s mortuoꝝ. vñ ⁊ ĩ tri
duo añ pasca nouẽ dicunt q̇si exeq̇as dñi rep̃n
tantes. Ad laudes autẽ instituit psalmuz illum
Deꝰ misereať no. p̃mo absq; antiphona decãta
ri. tũ q̇a tenebris facientibꝰ diluculo matutine
laudes cãtanť. ideo in eo diciť. Illumĩet vultũ
suũ suꝑ nos. tũ q̇a hoc officiũ ad dñi ꝑtinet re-
surrectionẽ ꝑ quã accepimꝰ misericordiã ⁊ bñ
dictionẽ. Rursus monachi dñicam orationẽ ĩ
voce dicunt propter simplices q̇ eam non intel
ligunt aut obliuiscuntur. ⁊ propter v̾sutos qui
spinam odii gerentes in corde fratrem odiunt
nolentes dicere. Dimitte nobis de. no. sicut
⁊ nos dimit. debito. nostris. Hoc igitur dicere
compelluntur in publico ut purgentur ab illo
vicio tam in fine noctis idest matutinis laudi
bus qui in fine diei idest in vesperis ut noctez
aut diem non pertranseant sine reconciliatiõe
fratris. In aliis aũt horis nõ dicũt ĩ voce q̇a se
pe cõtingit frĩ frẽm irasci ⁊ quodã furoris ĩpe
tu cõmoueri. q̇ lꝫ statim animuz non cohibeat
expectandus tamen est ad veniã. sufficit enim
si sol nõ oriať suꝑ iracũdiã eius. Dicunt etiam
q̃tuor solummodo psalmos ad vesperas. prout
in. vi. parte sub ti. de tẽpore aduentus dicetur.

Non vacat etiam a mysterio ꝙ monachi se
toto corpore ab oriente in occidentē. gyrant si
gnificantes deum vbiqꝫ adorandū fore quasi
vbiqꝫ p̃sentem. Uel quia rationabili motu ab
ortu nostre natiuitatis vsqꝫ ad occasum mor
tis eum sequi tenemur. sicut ⁊ firmamentū na
turaliter vertiť ab oriēte in occidentē. hoc etiā
quedam designāt ecclesie in q̄bus dicētes glo
ria patri se inclināt ad orientē ⁊ subdētes sicut
erat ⁊c̄. se vertunt in occidentē. deuotio enī in
diuinis officiis est seruanda. Quia vͦ monacho
rum officiū ad nos non ꝑtinet ad p̃sens de illo
sufficiat hoc dixisse. Ultimo nota ꝙ mona
choꝝ ordo figura cherubin qui inter angeloꝝ
ordines eximioꝝ p̃dicatur habere ꝓbatur. Nā
sicut cherubin ita ⁊ monachi sex alis velantur
dicente scriptura. Sex ale vni ⁊ sex ale alteri.
Due quidem in capucio quo caput tegitur de
monstranť. Illud vͦ tunice quo brachiis extē
ditur siue dextera ⁊ leua. Alias duas dicimus
esse alas ⁊ āte ⁊ retro alias duas. ⁊ sic illō quo
corpus tegitur sex alaꝝ numerum implere asse
ritur. Habitus quoqꝫ eoꝝ habitum imitať san
ctoꝝ. De helia nanqꝫ legitur vir pilosus ⁊ zona
pellicea accinctus renibus. ⁊ de ipso ⁊ de illis
similibus dicit apostolus. Circuierūt ī melotis
⁊ in pellibus caprinis. ⁊ de iohanne baptista ī
quit euangelista. zona pellicea circa lūbos. Ad
hoc cucullla monachoꝝ sumpta est a collobiis
apostoloꝝ que vt dalmatica formabantur. ⁊ ī
eius forma crucis p̃ferebatur. quia illi se viciis
⁊ concupiscentiis crucifigebant eius nigredo
est mundi contēptus. longitudo ꝑseuerantia
in bono.

Unt nonnulli
qui esdre ordinem sequentes. de
quo in principio huiꝰ ꝑtis dictū
est matutinas laudes a noctur-
nis diuidūt illas fore per se officiū asserentes ⁊
mane aurora rutilante illas dicētes. ꝓut in ti.
ꝓximo dictū est. Tali nāqꝫ hora xp̄us victor a
mortuis resurrexit. Unde marcus. Surgens ie
sus mane prima sabbati. vel saltē eius resurrec
tio ī matutino notificata est. Tali etiā hora su
pra mare ambulauit. Merito ergo in hac hora
laudandus ē vt ipse q̇ nos ꝑ suam sanctā resur
rectionē saluauit supra mare huius seculi nos
ire faciat sicco vestigio sicut petꝛ. Hac etiā ho
ra mundū ⁊ angelos creauit qui statim pꝰ cre
ationē suam cantico laudes creatori suo iubi
lauerūt. Laudes ergo matutinas rubescēte au
rora dicūt. s. in quarta vigilia quā lucifer totaꝫ
illustrat. Qui ⁊ matutinus dicitur a mane qḋ ē
[l]umen q̇a nobis lumen mane reducit ad coro

nam glorie obtinendā. iuxta illud. Non sit vo
bis vanū mane surgere ante lucem q̇a promisit
dominꝰ coronā vigilantibus. quid aūt signifi-
cet tēpus matutine laudis dictū est in ꝑīcipio
p̃cedentis tractatus. Dicūtur aūt laudes. quia
illud officiū laudem p̃cipue sonat diuinā quā
ei facimus ꝓ eo ꝙ a tenebris erroris nos ad lu
cem seu viam vitatis reduxit ⁊ ad tēptationes
diaboli repellendas. Unī Isa. xxvi. Expꝑgiscimi-
ni ⁊ laudate q̇ habitatis in puluere q̇a ros lucis
est. De hoc matutinali officio dicit ꝓpheta. Ad
te de luce vigilo deus. Sane matutinū ⁊ ve
sꝑtinū officiū ideo canimus quasi domīo iuge
sacrificiū offeramus. Offerebant enī domino ī
veteri testamēto iuge sacrificiū. i. mane ⁊ vesꝑe
sed vespertinū digniꝰ erat matutino q̇a pīguiꝰ
vt iudei dicūt ꝓut sub vesperis dicetur. Nos
aūt per matutinū officiū intelligimꝰ legem. per
vesꝑtinū saluatoris passionē qui ī vespera mū-
di. s. in sexta etate obtulit se deo patri ꝓ nobis.
vnī. Eleuatio mannū meaꝝ sacrificiū vespertinū
Respondet aūt hoc sacrificiū illi q̇a ibi psalmi
ponūtur sub q̄nqꝫ distinctionibus per gl'ia pa-
tri sicut ⁊ hic. Item ibi ⁊ hic hymnus cū lectio
ne ⁊ v̄siculo. ibi etiam canticū marie. ⁊ hic can
ticum zacharie. Quia vͦ officium vespertinum
dignius est ꝓpter rem digniorem quā signifi-
cat omnia in maioribus solēnitatibus. ⁊ in ves
pertino solēnius cantamus q̄ꝫ in matutino re
ponsoriū interponētes. Isidorus dicit in libro
ethimologiaꝝ ꝙ officiū matutinū est in lucis ī
itio sic appellatum a stella lucifero que oritur
mane inchoante vt dictū est. Hoc officiū lau-
dū plenū est laudibus ꝓut dictū est in ꝑīcipio
p̃cedentis tituli ad quas sacerdos per versum
quem p̃mittit excitat auditores qui est qn̄qꝫ in
matutinis meditabor in te. qn̄qꝫ excelsus super
omnes gentes dn̄s. vel alius ⁊ deinde diuinuꝫ
īplorat auxiliū dicens. Deus in adiutoriū meuꝫ
intende. Postmodū chorus. ad idem festinās
auxiliū in summa trinitate glorificat deum di
cens. Dn̄e ad adiuuandū me festina. gloria pr̄i
deinde antiphona inchoať. Circa qḋ notādū
est ꝙ quedā ecclesie in dn̄icis q̄ sūt a prima do
minica pꝰ epiphaniā vsqꝫ ad septnagesimam. ⁊
ab octaua pētechostes vsqꝫ ad aduentū dn̄i ca
nūt ad laudes all'a loco antiphone ꝓ oibꝰ psal
mis. tū q̇a vt p̃missum ē hoc officiū laudibꝰ est
plenū. alleluia enī laus est angelica. tū quia vt
dn̄ici dies resurrectionē dn̄i repꝛsentant. Sicut
ergo in tēpore pascali qḋ est resurrectiōis all'a
multiplicatur. sic merito ⁊ in eis debet multi-
plicari. Et est attendendum ꝙ in dominicis
que sunt ab octaua epiphanie vsqꝫ ad septua-
gesimam cōcinnūt alleluia iuxta cantū q̄rūdaꝫ
antiphonaꝝ ad natiuitatem dn̄i pertinentium

In dominicis vo que sūt ab octaua penthecostes vsqꝫ ad aduentū cantāt alleluia iuxta cantum ferialiū antiphonaꝝ que dicūtur ad benedictus ⁊ de ipso sumūtur. Quia igit̄ in singulis dñicis ꝑ varietate antiphonaꝝ ipsaꝝ etiā cātꝰ i alleluia variātur. ideo iuxta breuitatem vel ꝓlixitatem cuiuslibet ātiphone iuxta cuiꝰ cantū canitur multiplicat̄ vel minuit̄ in singulis dominicis numerus alleluia. ad hoc ideo certꝰ numerus i alleluia nō p̄finitur. quoniam deuote aie certus numerus vel modus i laudādo deū p̄figi nō potest. In aliis vo ecclesiis passim in omnibꝰ dominicis ad primos tres psalmos loco ātiphone quasi ad intonādū psalmos bis cōcinnūt alleluia ad insinuandū ꝙ in laudē ex caritatis feruore ꝓcedūt. nec cantāt iuxta illud alicuius antiphone cantū ad notandū ꝙ iuxta apostolū caritas nō emolat̄. Ad psalmū vo benedicite cantāt antiphonam tres pueri. cui nec iubilus nec alleluia subiicit̄ ꝓpter rationes infra scriptas. Ad psalmū vo laudate dominum. ter dicūt loco antiphone. alleluia non iuxta alicuiꝰ antiphone cantū sed dūtaxat ad inchoandū psalmum. Ter aūt dicit̄. primo quia respondet tribus psalmis sub ipso psalmo laudate cōtentis. Secūdo ꝓpter triplicem ordinē iustoꝝ deū laudantium. d̄ quo infra dicet̄. Porro in laudibus matutinis q̄nqꝫ psalmi dicūtur ut q̄nqꝫ sensuū reparatio notet̄ ⁊ ꝓpter q̄nqꝫ status ecclesie. Primꝰ psalmus ē dñs regnauit. in quo laudat̄ deus q̄ firmauit orbē terre. s. i fide ⁊ i resurrectione. ideo hic psalmus ꝑtinet ad regnū xp̄i. Secūdus ē iubilate q̄ ꝑtinet ad cōfessores. vñ ibi dicit̄. itroite portas eius i cōfessione. ⁊ recte incipit a iubilo. qm̄ confessio valde placet deo. Tertiꝰ est deus deus meus ⁊c̄. q̄ significat statū martyꝝ q̄ sitiūt ad dñm. vn̄d dicit̄ ibi. Sitiuit aīa mea. Et quoniā tota nostra sitis ⁊ intētio esse debet in trinitate ⁊ ad trinitatem ideo sequit̄ psalmꝰ deus misereat̄ nostri. i quo tota trinitas notat̄ dum ibi dicit̄. Benedicat nos deus deus noster ⁊c̄. Dicit̄ enim ter deus ꝓpter patrē ⁊ filium ⁊ spiritum sanctū. Quartus est canticum trium pueroꝝ bñdicite quod ē danielis. c. iii. significās statum antixp̄i vt iaz dicet̄. ⁊ in fine huiꝰ psalmi nō dicit̄ gloria pr̄i. Primo q̄a ꝓpter confessionē fidei ꝓiecti sunt tres pueri in caminū ignis i quo facto maxime deo ⁊ trinitati derogatum ē. Secundo q̄a vltimus v̄sus illius psalmi idē dicit quod gl'ia pr̄i. ⁊ i diuinis scripturis nihil debet supuacuū esse Tertio q̄a i ipso psalmo distincte tota trinitas notificatur ⁊ laudatur deus in creaturis. Rursus dū psalmus iste dicit̄ nec sedere nec genua flectere debemus sicut dicit̄ sub sabbato quatuor temporꝝ prime ebdomade quadragesime.

Quintus psalmus est laudate dominum. i quo status ille notatur quando post mortem antichristi conuertentur iudei vt iam dicet̄ ⁊ i fine eius dicitur gloria patri. ad ostendendum ꝙ ꝑ bonam operationem sociabimur angelis q̄ incessanter deum laudant. Potest etiam dici ꝙ in laudibus octo psalmi dicuntur. quia officium istud mystice recolit statum ecclesie ab initio apostolice stabilitatis vsqꝫ ad ꝑfectionem electoꝝ qui in fine mundi futuri sunt. sub quo statu octo ordines ecclesie siue electoruz in ecclesia sancta per baptismum saluati reperiūtur sicut in archa noe octo anime illos significātes per aquam saluate sunt. ꝑ diluuium enim baptismus. per archam vero ecclesia significatur

Primus ordo fuit ecclesie primitiue i iudaico populo conuersantis que per christi predicationem reformata ⁊ edificata est sicut monstrat ille primus psalmus. Dominus regnauit i primo eius versu vbi de saluatoris regno ⁊ ipsius agitur potestate. In secundo versu agitur de fundatione ecclesie que tunc cepit fieri suꝑ illud fundamentum quod est christus. iuxta apostolum. de quo etiam fundamento in titulo eiusdem ꝑtis supra habetur. Cātatur ergo hic psalmus in laudibus. qui continet laudes christi. Secundus ordo fuit primitiue ecclesie intrantis ad gentes per predicationem domini ⁊ apostolorum monentium omnez terram idest omnem gentem ad iubilandum deo qd̄ monstrat secundus psalmus. Jubilate deo omnis terra. Tertius ordo fuit credentis gentilitatis quam tertius psalmus Deus deus meꝰ demonstrat offerre gratias ⁊ beniuolentiam apostoloꝝ vocationi. Quartus erit respicientis iudaici populi ꝑ enoch ⁊ heliam cōuersi quem ille quartus psalmus Deus misereat̄ nr̄i monstrat ad deum reuersum poscere misericordiaz eius. ⁊ tunc gaudebunt se cognoscere viaz dei quā in gentibus esse cognoscent. Quintus erit eoꝝ qui futuri sunt sub tꝑe antixp̄i i cuius figuram p̄cessit. Nabuchodonosor qui licet tribulauerit sanctos vtriusqꝫ populi. nō tamē desistent bñdicere. deum ad instar trium pueroꝝ quos deꝰ liberauit de camino ignis ardētis q̄ ꝑ illud q̄ntum cāticum Bñdicite recolunt̄. eo enim tēpore iusti purgabunt̄ velud in camino ignis. nō tamē vrentur sed ibi accipient formā auri. Vñ iohānes in apoca. Vidit pedes eiꝰ similes auricalco sicut i camino ardenti. vnde rite sequit̄ ille psalmꝰ. ⁊ ꝓpter tribulationē quā designat antiphona illius sine alleluia. ⁊ ipse sine gloria patri cantatur. Hymnus autem ipse tres habet distinctiones. In prima inuitantur superiores creature ad laudem creatoris. s. que sunt supra celum que in celo ⁊ que in aere

In secūda īuitant̄ ad hoc creature terrene ⁊ q̄
mouentur in aquis. In terra inuitātur omnes
spiritus ⁊ anime vt cum omni creatura domi/
no benedicamus. quia sicut tres pueri nabu/
chodonosoꝛ ⁊ caminō ignis. sic nos diabolum
⁊ inferni incendium euasimus. Ceteꝝ hoc can
ticum bene cōuenit diei dominico ⁊ cuilibet
festiuo. quia in prima die domin⁹ vniuersa cre
auit ⁊ ꝑ suam resurrectionemipostmodum in/
nouauit. ideoqꝫ in ea die ⁊ in festis que resur/
rectionem dominicam imitātur dicitur ī quo
dei creature ad creatoris laudem inuitantur
Hinc etiam est ꝙ eedem laudes sunt in domi/
nicis ⁊ festiuitatibus sanctoꝝ ⁊ in tempore pa
scali. quia representāt gaudia resurrectiōis chri
sti ⁊ nostre. Sextus septimus ⁊ octauus erit
eoꝝ qui vniuersaliter ex tribus mūdi partibus
scilicet ex asia aphrica ⁊ europa eligendi sunt.
qui post antichristi persecutionem ⁊ eius mor
tem maiore pace fruetur vsqꝫ ī diem iudicii q̄ꝫ
nūc habeat ecclesia. tunc enim erit senectus in
misericordia vberi. in qua quiete triplex ordo
iustoꝝ scilicet cōiugati. continētes ⁊ virgines:
quos iob noe ⁊ daniel exprimūt. Et generali/
ter vniuersi sancti quibus aureola debetur. q̇
in tribus mūdi partibus de tribulatiōe euadēt
regnaturi cum sponso ecclesie celebrabunt lau
des dei que continentur in illis tribus psalmis
scilicet. Laudate dominū de celis. Cantate do
mino canticum nouū. ⁊ Laudate dominum ī
sanctis eius. Queritur autem quare hi tres
psalmi sub vna antiphona ⁊ etiam sub vno glo
ria patri dicuntur. Respondetur ideo quia pre
missi sextus septimus ⁊ octauus ordines elec/
torum qui ex dictis tribus mūdi partibus colli
gētur sine aliquo interuallo simul erūt ⁊ pari/
ter glorificabūtur. Continent etiam ipsi tres
psalmi triumphum de mūdo carne ⁊ diabolo.
⁊ quoniam vnū sine alio nō habetur. ideo me
rito coniūguntur. Queritur etiam quare p̄/
missi duo psalmi scilicet deus de⁹ meus. ⁊ de⁹
miseriatur nostri combinantur. ⁊ sub vno glo
ria patri ⁊ sub vna antiphona dicūtur. Ad qꝺ
quadruplex est responsio. Primo quia psalm⁹
deus deus meus significat sitim ad deū. ī psal/
mo deus miseriatur nostri trinitas notatur ut
supra. Ad significandum igitur sitim ⁊ deside/
rium continuū ad deum hoc fit. Secundo ad
notandū ꝙ ante persecutionem antichristi po
pulus credentis gentilitatis qui recolit̄ ꝑ psal/
mum deus deus meus. ⁊ iudaicus populus re
sipiscens qui recolitur ꝑ psalmum deus miseri
atur nostri vnum erunt in fide. ⁊ postq̄ꝫ hi cō
iuncti erūt veniet antichristi tribulatio vt pre/
missum est. Tertio quia primus psalmus illorū
significat dilectionē dei. vnde ibi dicitur. Siti/
uit in te anima mea ⁊c̄. secūdus v̇o dilectionez
ꝓximi. vnde ibi dicitur. Ut cognoscamus ī oī
bus gentibus salutare tuū. que ita cōnexe sunt
vt vna sine altera in christiana ꝓfessione non
habetur. Quarto quia gratia quā ecclesia ī pri/
mo psalmo sitire videt̄: in secundo collata esse
monstratur. vnde ad gratiaꝝ actionem inuitā/
tur cum dicitur ibi. Confiteant̄ tibi populi de⁹
⁊c̄. Rursus ideo in fine ipsius psalmi deus de⁹
meus nō dicitur gloria patri. quia in eo agit̄ ꝺ
miseria humani generis. vnde ibi dicit̄. Sitiuit
anima mea. Non enim omnes psalmi de mise
riis multis. quia aliis aduersitatibus tractātes
laudant illum ꝓ illis quod tamen deberēt. sed
sequēti psalmo. s. deus miseriatur nostri subiici
tur gloria patri. quia in eo agitur de misericor
dia dei per quam generi humano bona confe
runtur ⁊ mala remouētur. Ceteꝝ predicti duo
psalmi ⁊ psalmus laudate dominū nunq̄ꝫ vari
antur ad designandum ꝙ sine fide ⁊ desiderio
trinitatis que in premissis duobus psalmis v/
nitis exprimunt̄ ⁊ sine laude dei que ꝑ psalmū
laudate designat̄ nūq̄ꝫ christiani esse debem⁹.
Querit̄ etiam quare ecclesia ī psalmo illo iu
bilate ad iubilandū nos īuitat. ⁊ tamē ipsa nō
iubilat. Ad quod dici potest ꝙ officium laudū
domini resurrectionem significat que iam cō/
pleta in capite. s. in christo adhuc est in mēbris
implēda. Ad notandum igitur ꝙ iam in parte
īpleta est nō dicit̄ iubilus in fine antiphonaꝝ.
p̄sertim illaꝝ que dicunt̄ super psalmos in qui
bus fit mentio de resurrectione. est enim iubi/
lus cantus spe glorie cōceptus. Quia v̇o resur/
rectio adhuc in membris īplenda est. ideo in q̇
busdam antiphonis iubilus dicit̄. Unde ⁊ ī tē
pore pascali in v̇siculis ⁊ responsoriis ⁊ in alle/
luia iubilamus ꝓpter nostram resurrectionem
quam ſꝑamus. quam quia nō videmus nec ad
huc plene exp̄mere possumus. ideo ꝑ vocē non
significatiuam iubilamus. In antiphonis ergo
nō fit iubilus ꝓpter resurrectionem domini q̄
īpleta est. nec etiam in antiphonis laudum. in
quaꝝ psalmis ment io fit de resurrectiōe domi
ni vt in tribus primis psalmis. nec in fine anti/
phone quarti psalmi. quia nabuchodonosoꝛ vi
dens tres pueros in camio ignis positos vidit
⁊ quartum cum eis. s. christum eos consolan/
tem. Qui enim fuit in tribulatione hoc solum
orant ne deficiant. ⁊ potius est tunc locus ti/
mendi q̄ꝫ sperandi. ideoqꝫ in fine antiphone
huius psalmi non dicit̄ iubilus p̄sertim quia ī
tribulatione sanctoꝝ gloria dei nō apparet. sed
in fine antiphone que dicitur suꝑ psalmū lau/
date dominū dicit̄ iubilus. quia in illo non fit
mentio de resurrectione sed de spe glorie quaz
expectamus ex qua est iubilus. De hoc iubilo

dictum est in prohemio huius partis. Porro primus ps̄. laudum in dominicis. s. Dominꝰ regnauit qui est ps̄. leticie cõmutatur. In ferijs ps̄. Miserere mei deus qui est ps̄. penitẽtialis.

alie. xiiij. quia tot reges fuerunt a Jeconia vsqꝫ
ad Christum. computatis regibus illis quos
Matheus in suo euangelio pretermisit.

De alijs ieiunijs Rubrica.

Elia de ieiuniis

quatuor temporuꝫ mentio facta
est. Consequens est vt de alijs
ieiunijs hic aliqua perstringamus. Est autem
ieiunium cōmunis oīum membroꝝ satisfactio
vt. s. satisfaciant peccatuꝫ quod commiserunt
vel gesserunt: vt si gula peccauit ieiunet ꝛ suffi
cit. quia enim sola fuit in culpa: sola sit in pena
similiter si oculus: vnde Jere. Oculus me⁹ de-
predatus est animā meaꝫ: ꝛ p fenestras ocloꝝ
meorum mors intrauit in animaꝫ ꝛ augusti.
Oculo nihil est nequi⁹ ꝛ sic de alijs membris.
Uel ieiunium est persimonia victus ꝛ abstinē
tia ciborum. Augusti. dicit maximū ꝛ pfectuꝫ
ieiuniū est abstinere ab iniq̄tatibus ꝛ a carnis
voluptatibus ꝛ delectationib⁹ hui⁹ seculi: vñ
Pius papa de con. di. v. nihil. ait nihil prodest
orare ꝛ ieiunare. nisi mens ab iniquitate ꝛ ab
obtrectationibus lingua cohibeatur: ꝛ dicit
ieiunium a ieiuno quod est quoddā ītestinuꝫ
in homine quod semper est vacuum ꝛ subtile
sic ꝛ nos ieiunantes debemus esse vacui a su-
perfluis: ꝛ a vicijs tam ī corpore q̄ꝫ in mente.

Auctoritas ieiunij est ex tribus. ex persona
ex loco ꝛ ex tempore. Ex persona quia precepit
deus Ade ꝛ Eue: vt abstinerent a fructu ligni
scientie boni ꝛ mali. Ex loco. quia in paradiso
institutum fuit: ꝛ initium habuit. xxxvj. di. vi.
Ex tempore. quia ab antiquo preceptum est ce
lebrari: creato namqꝫ homine in primo mundi
exordio dictum fuit ei de ligno scientie boni ꝛ
mali ne cōmedas: ꝛ quia fuit celebratum ante
legeꝫ a Moyse: ꝛ sub lege ab helia. ꝛ in tēpore
gratie a Christo. Moyses enim non cōmedit
neqꝫ bibit. xl. diebus. Helias quoqꝫ ambulauit
.xl. diebus: ꝛ. xl. noctibus in fortitudine sub ci
nericij panis. ꝛ Christ⁹. xl. dieb⁹: ꝛ. xl. noctib⁹
ieiunauit. Fuit etiā celebratū in sex etatib⁹
Naꝫ in ea etate que fuit ab Adaꝫ vsqꝫ ad Noe
fuit abstinentia carnium: ꝛ vini. xxxv. di. ab ex
ordio. A Noe vero in posterum fuit cōcessuꝫ
vinum ꝛ carnes: ꝛ sic de ceteris etatibus. Cō
mendatur auteꝫ ieiuniū ex exemplis: quoniaꝫ
Eua q̄ꝫdiu ieiunauit ꝛ abstinuit in paradiso ꝛ
virgo permansit. Adam quia ieiuniuꝫ uiolauit
a delicijs paradisi in summam miseriā corruit
Helias q2 ieiunauit in celuꝫ curru igneo rapt⁹
est. Moyses post ieiunium cum deo locutus
est. Jherusalem per ieiunium liberatur a Se-
nacherib tempore regis Ezechie ꝛ Ysaie. Jona
quoqꝫ predicante prestatur uenia niniuitis in
sacco: ꝛ cinere ꝛ ieiunio penitentiaꝫ agentib⁹.
Jeiunamus etiaꝫ exemplo apostoloꝝ: vt dicet
sub quarta feria pēthe. Porro ieiuniū aliud
corporis est ꝛ carnis. aliud mentis. aliud aua-
ricie. aliud fastidientis. aliud dispensationis.
aliud deuotionis. aliud votiue. aliud promissi
onis. aliud suppletionis. aliud compassionis.
aliud inspirationis. aliud circūspectiōis. aliud
rationabile. aliud irrationabile. aliud q̄litatis.
aliud quantitatis. aliud numeri. aliud summe
exactionis. aliud alternitatis. aliud zerophagie.
aliud meroris. aliud exultatiōis. aliud vanitatis:
siue ypocrisis. aliud virtutis siue caritatis. aliud
indictionis. aliud necessitatis. aliud institutio-
onis. aliud volūtatis. aliud prauitatis. Sane
ieiunium corporis ꝛ carnis est: quando quis
abstinet a cibis ne nimis pinguescat: vel vt ab
infirmitate liberet: vel q2 cōmedere nō pōt. ꝛ
h̄ nulli⁹ meriti. Jeiuniū mentis ē q̄ñ q̄s absti
net a vicijs: vel etiā a cibis ne caro pinguescat
lasciuijs. Jeiuniū auaricie vt burse parcat.

Jeiunium fastidientis est qđ fit vt appetat.

Jeiunium dispēsationis est quod celebrat̃ in vigilijs solenniū dieꝝ ⁊ magnaꝝ festiuitatū vt natalis domini. que ideo dicuntur vigilie. quoniā antiquitus in precipuis festiuitatibus duo nocturnalia agebantur officia ⁊ populus qui ad festa venerat tota nocte in dei laudib⁹ ī ecclesia vigilabat: ꝙ adhuc Rome ⁊ ī plerisq̄ȝ locis in magnis festiuitatib⁹ presertiȝ sanctoꝝ patronoꝝ ecclesiarū obseruat̃. Sed qꝛ lusores ⁊ cantores conueniebant in turpib⁹ cātilenis ⁊ saltationib⁹ ⁊ cōmessationib⁹ potationib⁹ ⁊ fornicationibus intendere ceperunt. ꝓpter hec ⁊ multa alia inconuenientia que fiebant huiusmodi vigilie sunt interdicte ⁊ institutuȝ vt loco earū fiant ieiunia: que ieiunia adhuc retinent nomen officij: nam coīter vigilie ⁊ non ieiunia nuncupantur. Si quis tamen ieiunarȝ ⁊ honeste in ecclesia vigilaret vtiq̄ȝ bñ faceret ꝓut fit in natiuitate iohannis baptiste ꝓpter eius reuerentiam. hec igitur institutio dicitur dispensatio quia ieiunium ponit̃ loco vigiliaꝝ de hoc dictū est in. v. parte subit. de nocturnis

Jeiuniuȝ deuotiōis est ad qđ q̇s necessario non tenetur quod inferius voluntariuȝ appellatur. Jeiunium votiue ꝓmissionis est vt si quis vouet quod certa die ieiunabit: vel a carnib⁹ abstinebit. Et no. ꝙ vota ex discretōis consensu comite ratione emissa deo reddēda sunt. iuxta illud vouete ⁊ reddite deo vota vr̄a

Uotorum autē aliud est necessitatis aliud spontanee voluntatis. Necessitatis est quod est fidei annexuȝ: vt quod fit in baptismo puta fidei catholice ꝓfessio ⁊ sathane abrenūtiatio ⁊ votum obseruationis decem preceptoruȝ legis: ⁊ cōtinentie quā quis in susceptione sacri ordinis vouet: ⁊ talia uota quisq̄ȝ īuiolabiliter obseruare tenetur. Spontaneoꝝ vero votorū aliud est discretum: aliud est indiscretū. Indiscreta sunt vota puerorum ⁊ puellarū duȝ sunt in parentum potestate. Unde illis volentibus irritare possunt. Si igitur puella infra nubiles annos vouerit castitatem perpetuam licite nubere poterit parentibus vel curatoribus illam ad hoc cogentibus. Indiscretum est etiā votū mulieris in potestate viri existētis. vnde si illo inscio vouerit peregrinari: vir votū huiusmodi poterit reuocare: quia ipsa non hȝ potestatem sui corporis sed vir. Indiscretio etiā attēdit̃ quandoq̄ȝ circa ꝓuectos: ⁊ liberos: vt si forte quis vouerit ad qđ ꝑficiendum sufficere neq̇d vel ī quo natura ita debilitaretur ꝙ possit fieri sui ipsius homicida: vel qđ sine licentia alteri⁹ cōplere nequit: vel quod non ex deliberatione sed iracundie calore emittit̃: ⁊ talia poti⁹ sunt spernenda q̄ȝ executione digna. Jeiunium suppletionis est vt si quis vltra penitentiā sibi a sacerdote iniuncta aliquid suppleat de suo.

Jeiuniuȝ passionis est: vt si sacerdos alicui dicat ꝓ hoc peccato fac cantari duas missas: ⁊ ieiuna ⁊ ego ꝓ te cātabo: ⁊ tres dies ieiunabo ꝓpter hoc tamen non debet aliq̇d recipere qꝛ sacerdos debet compati ꝓximo suo: ⁊ orare pro eo etiaȝ ieiunare: potest etiā dici cōpassio vt si quis petit a sacerdote penitentiā patri suo īiunctam: vt pro patre peragat partem illius.

Quatuor enī modis fit huiusmōi cōpassio quandoq̄ȝ per sacrificia: quādoq̄ȝ per ieiunia: quandoq̄ȝ per orationes: quandoq̄ȝ ꝑ elemosinaruȝ elargitionem. Jeiunium īspirationis est: vt in beato Nicolao qui adhuc infans ⁊ manens incunabulis trib⁹ dieb⁹ ī ebdomada a mamilla mr̄is sue abstinebat: vl' vt alij dicūt quarta feria ⁊ sexta semel tantuȝ suggebat mamillas. Jeiuniū circūspectionis est: quādo pro aliqua imminente tempestate ꝓ periculo hostium. vel pro casu cuiuslibet angustie ieiunamus. Jeiunium rōnabile est: quādo cibū ⁊ potum moderate sumimus nec naturam debilitamus. vnde apostolus. Rationabile sit obsequium vestrum: non ī commessationibus ⁊ ebrietatib⁹. Irrōnabile ē: si q̇s velit ieiunare ꝑ duos vel ꝑ tres dies vel ꝑ totā ebdomodā quod non approbat deus. vult enī hominē sic ieiunare: vt cogatur vicijs mori nō vt cogatur natura dissolui. vnde ꝓhibetur ieiuniū quod quidam faciunt: a cena dñi vsq̄ȝ ad pascha.

Jeiunium qualitatis est: si q̇s voueat se vlteri⁹ non cōmesturuȝ carnes. Jeiuniū q̄ntitatis est: si quis cōmedat ad pondus: vel ad mēsurā non plus vna die q̄ȝ altera. vel si quis voueat se non cōmesturuȝ nisi tāti ponderis panem.

Jeiuniuȝ numeri est: quando quis vouet ꝙ de cetero non cōmedet nisi vna vice in die cogitans ꝙ cōmedere pluries in die beluaruȝ est ⁊ cōmedere bis hominum: semel angeloruȝ.

Jeiunium summe exactionis est: in his qui non comedunt nisi olera radices ⁊ herbas: vt Johannes baptista ī deserto: ⁊ Maria egyptiaca ī heremo. que cum duobus panibus tātuȝ iordanem transiens. austeram vitam ī heremo. xlvij. annis egit. Jeiunium alternitatis est: vt cum q̇s vno die cōmedit ⁊ alio die ieiunat.

Jeiuiniū zerophagie sicca cōmestio a zoros quod est siccum ⁊ phagin quod est cōmedere. vnde pristian⁹ ī zorophago bisantij. Sicca vo cōmestio est: vt in fructib⁹ pomis: piris: castaneis: ⁊ consimilibus. Quidam tamen siccam cōmestionē appellāt legumina siue cruda siue cocta: etiam si lixata cōmedant̃ cuȝ cocleari.

Jeiunium meroris consistit ī vno: scilicet ī abstinentia ciborum ⁊ fit ꝓpter duo. s. ꝓpter

corporalem absentiam ⁊ spiritualem spōsi hoc
representat ecclesia in tribus quatuor tempori-
bus. Jeiunium exultationis consistit ī duob⁹:
s. in abstinentia ciborum ⁊ mundanarum re-
rum ⁊ fit propter vnum. s. propter interne dul-
cedinis pregustatiōez. Juxta illud gustate ⁊ vi-
dete: hoc representat ecclesia in vigilia ⁊ ebdo-
mada post penthe. vtrunque vero representat
in tempore aduentus: prout ibi dictum est.
Est ergo duplex ieiunium. s. tribulatiōis ⁊ gau-
dij siue meroris ⁊ exultationis: sicut habetur ī
glosa super illo loco. Mathei. ix. c. Nūqd pos-
sunt filij sponsi lugere: q̄zdiu fuerit sponsus cuz
eis. Jeiuniuz vanitatis siue simulationis vel
fictionis est in hypocritis. Jeiunium virtu-
tis siue caritatis est in sanctis ⁊ perfectis. Je-
iunium indictionis est vt in die beati Marci.
Jeiunium necessitatis est imperfectis. Je-
iunium institutionis est ieiunium. xl. ⁊ alia a sā-
ctis patribus instituta: que quare instituta fue-
rint iam dictum est. ⁊ dicetur sub ti. de capite
ieiuniorum. Et nota q̄ ieiunium indictiōis
necessitatis ⁊ institutionis ad idem referunt.
Jeiunia necessaria. s. per ecclesiam instituta et
indicta: sunt ieiunia quatuor temporum: ⁊ vi-
giliaꝝ apostoloꝝ natiuitatis domini. beati Jo.
baptiste: omnium sanctorum: Assumptionis
beate Marie: beati Laurentij: quadragesime:
⁊ sexte ferie: preter illas que sunt inter pascha ⁊
penthe. ⁊ preterq̄z si natiuitatem domini in ea
venire contingat. nisi tunc aliqui voto vel reli-
gioni sint astricti. Dicunt tamen quidam q̄ ie-
iunium sexte ferie non est necessitatis nisi quo
ad carnes: alioquin non liceret cistersiensibus
illud mutare. Sed ⁊ secundum Leonem papā
licet non sit necessitatis sabbato a carnibus ab-
stinere: rationabilis tamen cōsuetudo ⁊ canō.
Inno. aliter interpretatur: eo q̄ ī illo triduo p⁹
passionem domini tota fides in sola beata vir-
gine Maria remāsit. Generalia quoqꝫ ⁊ spe-
cialia ieiunia per episcopos in sinodo ⁊ conci-
lijs instituta solui non debent. Si quidem ad
necessaria ieiunia tenētur doli capaces: cum
⁊ ipse delinquere possint dispensari tamen po-
test circa hoc cum impuberibus: ⁊ etiam cū cō-
stitutis in maiori etate. ⁊ cum senibus ⁊ infir-
mis ac debilibus. Mulieres vero licet propter
viroꝝ prohibitionem ieiunia votiua volūtaria
dimittere debeant: prout supra tactum est. In
dicta tamen per ecclesiam non licet. ⁊ si in illis
sacerdos forte propter scandalum cum eis va-
leat dispensare. Aliter enim in dicta ieiunia re-
dimi pecunia: vel alio modo nequiunt: nisi ca-
sualis necessitas subsit. tūc enim bene possunt
redimi vel cōmutari sicut ⁊ ieiuniuz festi quod
est die lune fit in sabbato. Unde ⁊ ī quibusdaz
locis in quibus sunt ecclesie sancti quītini nō
ieiunatur in vigilia omnium sanctorum: sꝫ die
tertia precedenti. De hoc dictum est in prohe-
mio secunde partis. Posset etiam statui vt qui-
dam dicunt: vt in dictis ieiunijs bis: paꝝ tamē
comederetur: sicut faciunt cistersieñ. operātes
qui ad tollendum scandalum: ⁊ caritatem ser-
uandam aliquid pregustāt. nec propter hoc ie-
iunium per ecclesiam indictum soluere dicun-
tur. Uoluntaria vero. s. ad que aliqui voto:
vel proposito se astringunt: vel etiam que sacer-
dotes preter indicta propter peccata imponūt
licet cōmutare ⁊ redimere. etiam si nulla causa
subsit dūmodo vtilior sit compensatio. Ce-
terū comedere ante horam comedendi. ⁊ ante
missam in ieiunijs statutis ⁊ necessarijs morta-
le peccatum esse sacri canones affirmant. ī vo-
luntarijs vero veniale. Circa vigilias aposto-
lorum notandum est q̄ ieiuniuz paritatis quā-
do videlicet paria sanctorum merita pariter ie-
iunamus. sicut patet in vigilijs beatorum Ja-
cobi ⁊ Bartholo. ⁊ aliorum apostolorum qui
non habent ieiunia institutionis in quibus ie-
iunamus pro eo q̄ fuerunt apostoli: quoniam
alij apostoli vigilias habent. Cum eniz sint me-
ritis pares decet vt omnes habeant ieiunia. vn-
de concil. bracareñ. dicit. Quod omnium apo-
stolorum vigilie sunt ieiunande: preter vigilias
apostolorum Philippi ⁊ Jacobi ⁊ Joannis e-
uangeliste. Ecclesia tamen gallicana nō tenet
nisi de sex apostolis. ⁊ de quatuor eorum ieiu-
nijs. Petrus ⁊ Paulus habent pariter vnum:
quia eadem die passi sunt. Simon ⁊ Judas ha-
bent aliud. Matheus habet tertium. Andreas
quartum. In vigilia istorum ieiunandum est:
vt sicut illi passi sunt pro chꝛisti noīe: sic ⁊ nos
cum eis compatiamur si cum eis conregnare
velimus. De alijs vero apostolis institutum nō
est propter aliqua impedimenta. Ecce enim fe-
stum Philippi ⁊ Jacobi est inter pascha ⁊ pē-
tecosten quod tempus gaudij est ⁊ leticie. ideo
qꝫ tunc non est ieiunium. Si opponitur de
ieiunijs letaniarum. Respōdetur q̄ necessitas
interuenit prout ibi dicetur. vel id non est ieiu-
nium necessitatis: sed voluntatis. ⁊ de eo q̄ q̄-
dam propter expectationem spiritus sancti ie-
iunant ab ascensione vsqꝫ ad penthecosten. ꝓ
eo q̄ apostoli dicūtur hoc tempore ieiunasse.
Rñdet q̄ nulla scripṫa auctētica dič aplos tūc
ieiunasse. vñ tūc ieiunandū ñ ē: qꝛ tp̄s illud ē ð
tempore paschali. In vigilia tamen pentheco.
bene ieiunandum est: vt per ieiunium munda-
ti ⁊ purificati spiritum sane digne suscipere me-
reamur. Item Jacobus zebedei frater Joānis
euangeliste occisus est ab herode in diebus a-
zimorum quare ieiunium non habet: nec etiaz

tunc de illo festum celebratur: prout in. vij. pte
sub ipsius festo dicet᷑. De beato Bartholomeo
cuius festum celebratur. ix. kalendis septēbris
dicitur ꝙ fuit excoriatus. ⁊ sequenti die obijt.
⁊ sic si haberet vigiliam oportet ꝙ esset tertia
die ante: ꝙ esset contra normā alioꝝ festiuoꝝ
ieiunioꝝ. Quidam autem celebrant festum ex-
coriationis: alij obitus ⁊ melius. Sed sicut ī cō
cil᷑. bracareñ. cauetur. In hoc consuetudo cu-
iuslibet ecclesie est obseruanda. Barnabas au
tem non habet ieiunium: quia non est de nu-
mero. xij. apostolorum. nec dicitur apostolus:
nisi quia cum esset socius Pauli, missus fuit ad
predicandum. vnde segregate mihi Barnabā
⁊ Paulū. De beato quoqꝫ Thoma non est ie-
iunium statutum quia eius festum est in aduē
tu domini vbi continuum est ieiunium. Ma-
thias etiam ieiunium institutionis non habet
quia frequenter festum illius solet contingere
in. xl. ⁊ semper est in. lxx. ⁊ tunc est tempus ieiu
nij. vel quia non fuit de primitiuis apostolis. sꝫ
post passionem domini sorte electus est. ⁊ per
electionem alioꝝ loco iude constitutus. vnde
propheta. Et episcopatum eius accipiet alter.
Decretalis tamen dicit ꝙ hic habet vigiliam ⁊
ieiunium. nec est vis siue istud festum fiat in pͥ-
ma die bisextili siue in secunda: prout in. viij. ꝑ-
te sub anno solari dicetur. Joannes euangeli-
sta festum habet tertia die post natale domini
⁊ tunc non est ieiunium: tum propter festa tūc
occurrentia: tum quia ipse die illa nō obijt. im
mo in die festi beati Joānis baptiste. Si tamē
fieri possit bonum esset in omnibus apostolo-
rum vigilijs ieiunare. Beatus Laurentius so-
lus inter martyres. ⁊ solus beatus Martinus
inter confessores ieiunium habent. Porro di-
cunt quidam ꝙ non soluit ieiunium: licet pec
cet qui in ieiunijs indictis. preterqꝫ i. xl. cōedit
caseum ⁊ oua. Alij cōtradicunt. ex causa tamē
in aliquibus locis hoc posset concedi. De ieiu-
nio itaqꝫ. xl. Greg. ita dicit par autem est: vt qͥs
his diebus a carne animalium abstinemus. ab
omnibus quoque que sementinam trahunt
originē carnis ieiunemus. a lacte videlicet, ca
seo ⁊ ouis. Quidam autem heretici dicunt ꝙ
christiani nunquam deberent carnes caseum
⁊ oua comedere quia vt dicūt hoc nō legit᷑ in
nouo testamento. immo apostoli iudicauerūt
abstinere ab immolatis simulachrorum ⁊ san-
guine ⁊ suffocato. Et apostolus si esca scanda-
lizauerit. f. m. non. m. c. in eter. Et alibi. Bonū
est non manducare carnem neqꝫ bibere vinū
⁊c̄. Non legitur etiam, vt dicunt ꝙ christus ex
aliqua natura eorum que mouentur discipulis
ad manducandum daret. nec etiā ante se mā-
ducare fineret preter pisces. nec ex fructu alicu

ius creature q̄ moueat se excepto fructu apū.
Electuarijs vero non aliter vti licet: nisi sicut a
lio delicato cibo. secus est ī medicina curatiua
preseruatiuam tamen vbi nullum est signum ī
stantis infirmitatis recipere non licet. Quidā
tamen dicunt ꝙ pro nulla medicina. nec etiā
pro electuarijs ieiunium soluitur. nec etiam ꝓ
potu ante cibum vel post. Sic enim videtur in
ductum ex consuetudine ecclesie ieiunantis ⁊
hoc tollerantis. Senescalci autē vel quilibet a
lij seruitores. vel portantes enchenia non sol-
uunt ieiunium si pregustant cibos ante domi-
nos forte de toxico dubitantes. Quibus etiam
casibus monachi abbatibus seruientes. ⁊ alij
seruitores possunt carnes pregustare. Idemqꝫ
etiam de medicis pregustantibus medicinas.
Tempore ieiuniorum preconie vestes deponū
tur: ⁊ humiles assumuntur. ⁊ carnes tam soli-
de qꝫ liquide dimittuntur. Sed cum pisces
sint caro quare hoc tempore comeduntur. Re
sponsio deus nō maledixit aquis: quoniam ꝑ
aquam baptismi futura erat remissio peccato-
rum. hoc enim elementū dignissimum est. qͦ
sordes abluit. ⁊ super quod spiritus domini an
te mundi constitutionem ferebatur. Terre ve-
ro maledixit in operibus homis. inde est ꝙ om
ne genus carnis quod in terra versatur tam qͣ-
drupedia qꝫ aues in ieiunijs non licet comede
re. Et licet quedam aues circa mare versent᷑
⁊ in aquis. ⁊ quedam in eis vel ex eisdē nascā-
tur. magis tamen ad naturam terre a qua nu-
trimentum percipiunt quo ad hoc pertinere di
cuntur. Adhuc cum quidam pisces sint ha-
bentes ex vna parte formam quadrupedis ani
malis. ⁊ ex altera piscis: vt biuerus: in ieiunijs
possunt comedi ex parte qua piscis videtur. ex
alia vero minime. Adhuc piscium vsus secū
dum Greg. ita christiano relinquitur: vt hoc ei
infirmitatis solacium non luxurie pariat incē-
dium. Deniqꝫ quia carne abstinet nequaquā
sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia
preparet. Unum quoqꝫ in ieiunio sic bibere ꝑ-
mittitur: vt ebrietatem omnino fugiamus. vn-
de in penitentiali romano statutū est vt peni-
tēs ꝑuis pisciculis: ⁊ mediocri ceruisia tēpate
vtatur. Postremo notandū est ꝙ sicut ait
Greg. in omelia illius euangelij. homo quidam
diues fecit cenam magnam: refectio corporis
in diebus ieiuniorum postqꝫ nulla alia paratur
non prandium sed cena vocatur.

De officio quarte ferie Rica.

Unc ac huius
diei officium redeamus. Si q-

dem in hac quarta feria examinantur ordinan
di an sint idonei ad suscipiendos ordines vel ñ
quoniam in quarta etate leuite a dauid ⁊ a sa-
lomone ad templi ministeria distributi sunt. ⁊
inde est ꝙ due lectiones leguntur ad missam:
quarum prima que legitur sub tono nocturna
li. s. declinate significat vetus testamentum: ⁊
secunda que legitur sub communi tono. s. acce
dente significat nouum testamentuꝫ: ad signi
ficandum ordinandos in vtroqꝫ testamēto de
bere esse instructos. Monendi enim sunt qui
ad ordinem sacrum conscendunt: vt habeant
noticiam legis ⁊ prophetaruꝫ quibus possunt
alios erudire. Prima lectio est. Erit in nouissi-
mis ysa. ij. c. Secunda est locutus est dominus
ysa. vij. c. Sed ⁊ lex ⁊ prophete quarta mundi
etate viguerunt. Doctrinam ieiuniorum habe
mus a veteri testamento vt premissuꝫ est semel
genua flectuntur: quia tam ī lege q̄ꝫ prophecia
deus vnus coli precipitur. Quotiens autem in
quarta feria due lectiones leguntur totiens in
anno in proximo sabbato possunt generaliter
ordines celebrari ꝙ sexies contingit: videlicet
ter in. xl. ⁊ ter extra. xl. de quo dictum est in pro
hemio secunde partis. In sextis vero ferijs
ieiuniorum quatuor temporuꝫ: vna duntaxat
lectio ad missam legitur: quia lex ⁊ prophete q̄
fuerunt in quarta etate in vno euangelio in se-
xta etate recapitulātur. Sane huius quarte fe-
rie euangelium est. Missus est ⁊c̄. qđ est Luc.
i. c. In quo paraninphi recitatur annunciatio
virginis consensus. ⁊ domini incarnatio que
propheticis tubis fuerat antea declarata. vnđ
precinit propheta introitum Rorate celi desu-
per ⁊ nubes pluant iustum. ysa. xlv. c. rorate di
cit ⁊ pluere: quia descendit verbum in aulā cre
dule virginis sicut pluuia in vellus. Celos dixit
⁊ nubes angelos ⁊ prophetas qui enarrāt glo
riam dei. in prophetica lectione. Erit in nouis-
simis diebus quod est ysa. ij. c. agitur đ monte
domini qui de paruo lapide creuit in montem
qui regnabit ī domo iacob. vnde recte subdit
in graduali. Tollite portas principes vestras ⁊
introibit rex glorie. ⁊ quis ascendet in monteꝫ
domini. In epistolari lectione locutus est
dominus ad Achas ⁊c̄. que est ysa. vij. c. mani
feste agitur de beata virgine: cui rite succinitur
graduale prope est dominꝰ. ⁊ ne qua surrepat
dubitatio. subditur in offertorio Confortami
ni. Alie tamē ecclesie dicunt Aue maria: quod
sumitur ex dicto euangelio. Communio est ec
ce virgo ysa. vij. c. In matutinali vero officiō
in quibusdam ecclesijs psalmodia finita: dya-
conus: subdyaconus: ⁊ accoliti in albis cuꝫ cā
delabris ⁊ turibulo processionaliter iussu pre-
lati ad pulpitum pergunt. vbi dyaconus ꝓnū-
ciat euangelium. Missus est. ⁊ eius omeliam:
deinde incensat altare. ⁊ postea ipse ⁊ subdya-
conus sedent donec vnus accolitus incessaue
rit chorum. quod quidem fit ob reuerentiam
dominice annunciationis que in ipso euange
lio continetur. Nempe prelatus illos mittit ad
notādum ꝙ deus pater prophetas premisit ad
prenunciandum domini incarnationem futu
ram. ⁊ Gabrielem angelum misit ad annunciā
dum eam virgini Marie. Dyaconus euangeli
um pronuncians est angelus annuncians vir-
gini ꝙ conciperet. Altaris thurificatio est spiri
tus sancti ipsi virgini obumbratio. ministrorū
quies siue sessio est ipsius virginis timor ⁊ co-
gitatio qualis esset angeli salutatio. chori vero
thurificatio est patrem illius temporis de filij
dei incarnatione diu desiderata exultantium
gratiarum actio ⁊ congratulatio.

De sexta feria Rica.

In sexta feria vna tan
tuꝫ lectio ad
missam legitur: quia actor noui
⁊ ve. testamenti de quibus ꝑmis
sum est vnus solus deus est: ⁊ qꝛ
ex vtroqꝫ testamento vnum euangelium factū
est. ⁊ est epistolaris lectio. Egredietur v̄ga que
est ysa. xi. c. Et manifeste de aduentu domini ⁊
de beata virgine intelligitur. que cum esset vir
go immaculata prope fuit. Ideoqꝫ in introitu
ecclesia precinit. Prope esto mihi ⁊ in versu be
ati immaculati. ⁊ ad idem pertinetꝰ euangeliuꝫ
Exurgens Maria: quod est Luc. i. c. Gradua-
le. Ostende nobis domine. ⁊ offerenda deꝰ tu.
vel secundum alios. Audi israel. Primuꝫ respi
ciunt aduentum q̄ꝫ quia celi enarrauerunt id
est apostoli predicauerunt in secundo aduētu
cum domino iudicaturi. Iccirco est hodierna
statio ad sanctos apostolos. De quibus habet
in cantico virginis. de quo fit mentio in ꝑmis-
so euangelio vbi dicitur. Deposuit potentes đ
sede idest superbos scribas ⁊ phariseos: ⁊ exal-
tauit humiles idest apostolos. ⁊ ī cōmunione.
Ecce dominus veniet zacharie vltimo capitꝉo

De sabbato Rica.

In die sabbati
dicuntur quatuor lectiones de
veteri testamento ante lectio-
nem illam. Angelus domini q̄
sumuntur de lege ⁊ prophetis. ⁊ in quibusdaꝫ
ecclesijs prima est clamabūt: que est ysa. xix. c.
Secunda est. Letabitur: que est eiusdeꝫ. xxxv.

c. tertia est. Super montem: que est eiusdē. xl.
c. Quarta est christo meo que est eiusdem. xlv.
c. Ideo autē sunt quatuor: quia quatuor sunt
ordines benedicentium deum: videlicet prela
ti: clerici: religiosi ⁊ laici: siue popul⁹ quos psal/
mus enumerat dicens. Domus israel benedici
te dominum. per hoc populus aaron benedici
te. d. per hoc prelati domus leui benedicite do
minū. per hoc ministri: qui timetis dominū
benedicite dominum. per hoc religiosi intelli/
gūtur. Prima ergo lectio pertinet ad populū.
secunda ad prelatos. tertia ad ministros. quar
ta ad omnes religiosos. In his enim lectioni/
bus informantur ordinādi: vt ad exempla san/
ctorum patrum dictorum quatuor ordinū cū
eis benedicant dominum: siue vt benedictio il
lorum veniat super eos. Uel ideo quatuor legū
tur: quia ieiunans debet habere quatuor cardi
nales virtutes. s. temperantia: quia ipsum ieiu/
nium tempetantia est. prudentiā. Unde apo/
stolus. rationabile sit obsequium vestrum. for/
titudinē. vnde prov. vlti. de muliere forti idest
de ecclesia. Accinxit fortitudine lumbos suos
quia oportet nos multū laborare ad hoc vt ca
ro nostra munda sit: ꝙ cum magna sit pugna:
quia valde corrupta ē: ⁊ spinas ⁊ tribulos ger/
minat. ⁊ ideo in magna attritione veniat ad
candorem: sicut ⁊ bissus: ⁊ ad iusticiā. Unde
ysa. Et erit iusticia cingulum lumborum eius.
⁊ fides cinctorum renum eius. de christo lo/
quitur in membris. quando enim fit iusticia
in terra recedunt latrones. similiter quando iu
sticia fit in nobis recedunt praui motus ⁊ non
superant: licet in nobis habitent. Si vero non
fiat iusticia non recedunt. vnde ysa. quia non
fecimus iusticiam non recesserūt habitatores
terre. vbi est iusticia ibi pax. Fides autē est cin
ctorium renum eius: quia vt dicit Greg. despe
ctus terrenorum restringit fluctus carnalium
voluptatum. Unde si ieiunas a cibis corporis:
oportet vt ieiunes a cibis demōis: ⁊ comedas
cibos mentis. qui autem sic ieiunat non noce/
bit eis ignis tribulationis: nec ignis mundan⁹
sicut nec trib⁹ pueris nocuit ignis fornacis ba
bilōis. ⁊ ideo sequitur lectio danielis. iiij. c. An
gelus domini. Precedit autem ipsa lectio ordi
nationem clericorum ad notandum ꝙ nemo
rite potest ad consecrationem accedere: nisi p⁹/
us transeat per fornacem atq̄ i fornace domi/
num benedicant. Iuxta illud sapientie vasa fi/
guli probat fornax ⁊ homines iustos tentatio
tribulationis: quia qui ad sacrū accedunt mi/
nisterium probandi sunt in camino multarū
tribulationum ⁊ tentationum. Iuxta illud
apostoli: ⁊ hi probentur primo ⁊ sic ministrēt.
propter ordinandos enim legitur ad significā
dum ꝙ sic viuere debent vt non noceat eis ali/
quis ignis regis babilōis. i. dyaboli. sicut ignis
tribus pueris non nocuit. ⁊ sequuntur benedi
ctiones. s. hymnus. Benedictus es domie ⁊c.
quia post probationem coronantur: ⁊ a domi
no benedicentur. ⁊ in fine subijcit̃ versus. Glo
ria patri ⁊ filio ⁊c. in laudem ⁊ honorem trini/
tatis quod non fit post ps. benedicite: tū quia
ibi in vltimo versu fit mensio de patre ⁊ filio ⁊
spiritu sancto: tum quia ibi in facto trium pue/
rorum tota trinitas fuit dehonestata. hi vero v̄
sus precedentes ad solius patris pertinent lau
des. ⁊ in ordinandis trinitas honoratur. Cho
ro autem licet sedere dū lectio ipsa dicitur: sꝫ n̄
in cantu. Aliud enim significat ipsa lectio in le
gendo: aliud in cantando. Unde tunc stare de
bet episcopus ⁊ clerus: quoniam non debem⁹
quiescere qui scimus pueros illos ꝑ deo labo
rasse. Dicuntur autem in sabbatis ieiuniorum
vij. lectiones euangelio connumerato: eo ꝙ se
ptem sunt ordines. ⁊ quidam dicunt. xij. ꝑ eo
ꝙ antiquitus rome: ⁊ adhuc in constātinopo/
li fieri dicitur. legebantur grece ⁊ latine. ⁊ lege/
bantur. xij. lectiones per. xij. lectores: quorum
sex erant greci ⁊ sex latini. Erant tamen solum
modo sex in sententijs: quoniam sex sine euan
gelio que legebant latine: legebantur ⁊ grece.
sicut si dixerimus amē ⁊ postea dixerimus ve/
re. non ideo due res erūt. Ideo autem legeban
tur dupliciter: quia rome erant greci quibus la
tina lingua incognita erat. Erant etiam latini
permixti quibus greca incognita erat. vel hoc
fiebat ad notandum vtriusq̄ populi vnionem

Ceterum ad orationem que dicitur post le/
ctionem. Angelus domini. s. deus qui trib⁹ pu
eris ⁊c. non flectit ecclesia genua. licet in orati
onibus aliarum lectionum ante flecteret pre/
terq̄ in octauis penthecostes: ad ostendendū
ꝙ ecclesia conformis est tribus pueris. fecit eiū
nabuchodonosor statuam: ⁊ cogebat omnes
adorare eam. Sed tres pueri cum daniele vo/
luerunt genua flectere ante statuam: tales de/
bent esse ordinandi qui ante statuam idest an
te mundi gloriā genua n̄ flectant. Quare cle
rici ordinentur: ⁊ quare in sabbato: dictū est
in prohemio secunde partis. Quidam confe/
runt sacros ordines inter lectionem angelus:
⁊ epistolam pauli: vt post ordinationē propo/
nant ordinatis epistolam ⁊ euangelium ad in/
star boni pastoris: siue patris qui mittens filiū
monet eum quid ⁊ qualiter acturus sit. Ordi/
nati enim per capellas mittendi per epistolam
monentur: vt alios corripientes benedictionē
quam acceperunt custodiant. per euangeliū
vero dicitur eis. Euntes docete omnes gētes.
Nonnulli etiam subdyaconatu ante epistolā

ratione premissa prestito continue post eam dyaconatum ⁊ sacerdotium prebent. quibus prestitis in vocem letabundam erumpunt dicentes. benedictus es domine eo q̧ hi presertī ordines inuitantur ad laudes: ⁊ prestant̄ citra euangelium: quia moyses ⁊ aaron leuitas in tabernaculi misterium ordinauerunt. ⁊ christus lxxij. ordinatos ad predicandum misit. Debet autem legi epistola. s. rogamus ⁊c̄. que est. ij. ad tessalo. ij. c. Ab aliquo de ordinatis die ipsa: q̄ episcopus debet prius ordinatos ammonere. ⁊ postea ad maiorem ammonitionem epistolā illis tradere. Preterea ordinatus doctrinam sibi in ordinatione traditam per hoc se reducere in opus ostendit. Et propter eandem etiam rationez vnus de nouiter ordinatis legit tunc euangelium. Anno quindecimo: quod est Lu. iij. c. Post epistolaz etiam cantatur tract⁹ qui significat grauitatem quam sacratus seu ordiatus seruare debet ne in superbiam elatus in laqueos incidat dyaboli. Communio est exultatis: que est zacharie. ix. c.

De dominica quarta aduentus dn̄i Rbica.

IN quarta dominica aduentus primum responsoriū in nocturnis est. Canite tuba: quod sumptū est de iobele. Antiquitus enim iudei canebant tubis ad inuitandum homines ad nuptias ⁊ ad solē nitates ⁊ ad mouendum castra. Unde nunc p̄cipit dominus prelatis vt cantent tubis inuitā tes gentes ad nuptias noui regis: quarum dies instat. s. dies natalis domini in qua christus d̄sponsauit sibi humanam naturam: secundum quod dicitur in psalmis. ⁊ ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Canite igitur: quia prope sunt nuptie. ⁊ ꝑpter premissaz causam cantores hac septimana altius solito vocē suam exaltant in responsorijs: ⁊ in introitibus vt si prius sopore negligentie oppressi lectionibus excitari nolumus. saltem vociferationib⁹ ⁊ tumultu cantuum excitemur. Siquidem ī septem annis ante annum iubileum precepit dominus canere tubis. pro ipsius anni instantis leticia. In hac autem hystoria huius dn̄ice: p̄ti ex ꝑphetis: p̄tim ex euangelio cōpilata cōia vtriusq̧ decantantur aduentus: ⁊ presertiz vocatio gentium declaratur per christi aduentuz vbi in persona apostolorum vel doctorum dicitur. Canite tuba ⁊ vocate gentes. Sane gentilitas videns calciatam fore diuinitatez in vtero virginali clamat ad eam in introitu dicens secundum quasdam ecclesias. Memento nostri domine in beneplacito. p. t. hoc est in filio ī quo bene complacuisti ex milibus populi. qui fuit tuus ab initio mundi. ⁊ ideo congratulatur alteri in epistola. dicens secundum quasdā ecclesias. Gaudete: que est ad philippens̄. iiij. c. Sed ⁊ iuxta considerationem vteri virginalis cantat in graduali prope dominum esse. ⁊ celerem eius aduentum. In alleluya vero. veni domine: ⁊ in offerenda confortamini: ⁊ in cōmunione. Ecce virgo desiderat ⁊ cōsolatur. ⁊ causam concludit consolationis. Porro ad ostendendum desiderium antiquorum patrum in fine aduentus cantantur septez antiphone: vnaqueq̧ secundum ordinem suum sua die vsque ad natale que incipiunt ab. o. prima est. O sapientia ⁊c̄. Sunt autem septem: quia diriguntur ad christum: in quo requieuit spiritus sapiētie ⁊ intellectus: spiritus consilij ⁊ fortitudinis ⁊c̄ per que septem dona sue incarnationis nobis gratiam ministrauit: prout in ipsis septez antiphonis apparet. Sunt etiam septem quia cantantur in designatione antiquorum patrum q̄ septenario seruientes aduentum domini expectabant. Unde in omnibus dicitur veni. vel septem sunt propter septem dona spiritus sancti que christus veniens largitus est mūdo. ⁊ per que expectantes illuminati sunt. ⁊ sunt omnes secundi toni. primo quia quelibet loquitur de vtroq̧ aduentu. Secundo quia signant nobis geminam dilectionem. s. dei ⁊ proximi. Tertio propter geminam christi ad quem diriguntur naturam. vnde gemine gigas substācie. Quarto quia ipse antiphone notant desiderium taz antiquorum patrum expectantium primū saluatoris aduentum q̧ modernorum expectantium secundum. Omnes ergo sunt secundi toni in signum q̧ secundum expectamus aduentum. Et aduerte quia ille que habent in principio verba pertinentia ad diuinitatem: pertinēt ad eos qui spectant primum: vt o sapientia ⁊ o adonay. Adonay autem interpretatur dominus quia dominatur cuncte creature. vel quia omnis creatura dominatui eius seruit. Ille vero que habent verba pertinentia ad humanitatem pertinent ad expectantes secundum: vt o radix iesse: ⁊ o clauis dauid. Sunt etiam quedam que vtriq̧ conueniunt vt o rex gētiū. Nā dei filius dicitur rex secundum diuinitatem. Iuxta illud. Deus iudicium tuum regida ⁊c̄. et etiam secundum humanitatē. Iuxta illud. Domine in virtute tua le. rex ⁊c̄. Sepius tamen secundum humanitatem rex dicitur: quia secundum eam vnctus est oleo leticie pre participibus suis. Rursus ecclesia in his septem antiphonis ostendit multiplicitatem morbi sui. et

ad quamlibet petit remedium sui morbi. Nam
ante filij dei aduentum in carne. eramus igno-
rantes sine ceci penis eternis addicti: serui dy-
aboli: mala peccati consuetudine iuncti: tene-
bris obuoluti. exules a patria ⁊ expulsi. Ideoq̧
indigebamus doctore: redemptore. liberatore:
eductore: illuminatore: ⁊ saluatore: quia igitur
ignorantes eramus. Ideo ab ipso edoceri indi
gebamus. vnde in prima antiphona clamam⁹
O sapientia que ex ore ⁊c̄. ecclesiastici. xxiiij.
⁊ sapientie. viij. ⁊ ysa. xl. c. quia vero parum pro
desset si doceremur ⁊ non redimeremur. ideo ī
secunda ab ipso redimi postulam⁹. O adonay
⁊c̄. exo. vi. ⁊. xiij. ⁊. iij. ⁊. xix. ⁊. xx. c. Sed quia nil
prodesset si essemus docti ⁊ redempti ⁊ adhuc
post redemptionem detineremur captiui. ideo
in tertia petimus liberari. O radix yesse ⁊c̄. ysa.
xl. ⁊. lij. ⁊. lx. c. Sed quid prodesset captiuis si es
sent redempti ⁊ liberati. Si tamē nondū eēnt
ab omni vinculo absoluti: vt scilicet sub pecca-
to essent. ⁊ ideo victi libere quo vellent ire non
possent. ⁊ ideo in quarta ab omnibus peccati
vīculis educi petim⁹. O clauis dauid ⁊c̄. apoc.
iij. ⁊ ysa. xlij. ⁊ Luc. i. c. Preterea quia hi q̄ diu
fuerunt in carcere oculos habent obtenebran
tes: nec clare videre possent. ideo post absoluti
onem a carcere restat nos illuminari: vt videa-
mus quo ire debeamus. ⁊ ideo ī quinta hec pe
timus. O oriens splendor ⁊c̄. zacha. vi. sapi. vij.
⁊ malach vltimo: ⁊ Luc. i. c. Sed si essemus do
cti ⁊ ab inimicis penitus liberati ⁊ illuminati.
quid valeret nisi deberemus ad regnum perdu
ci ⁊ ibidem saluari: Et ideo in duabus sequen-
tibus petimus saluari. O rex gentium ⁊c̄. ⁊ ag-
gei. ij. ⁊. i. petri. ij. ⁊ eph. ij. ⁊ geñ. ij. c. In qua pe-
timus salutem gentiu̅. ⁊ o emanuel ⁊c̄. ysa. vij.
mathei. i. ⁊ ysa. xxxiij. ⁊ geñ. penultimo. c. In q̄
petimus salutem iudeorum. In quibusdam
vero ecclesijs adduntur alie due. Prima in ho
norem beate virginis que concepit. Secunda
pro angelo qui ad virginem introiuit. vel in ho
norem sancti Thome: cuius festum tunc acci-
dit. Due quidem adduntur vt perficiatur noue
narius numerus ad designandum: quia per se
ptem dona spiritus sancti perueniemus ad. ix.
ordines angelorum: quorum quilibet desidera
bat christi natiuitatem vt impleretur numerus
ipsorum qui de celo ceciderunt. Quedam eti
am ecclesie cantant. xij. que exprimunt. xij. pro
phetas qui christi aduentum predixerunt: que
etiam. xij. apostoloru̅ testimonia roborauerūt
ex quo. xij. tribus. ⁊. xij. milia signati saluantur.
sed non sunt nisi septe̅ habentes veni. Omēs
autem incipiunt per o: quod potius admirati-
ue ponitur q̄ȝ vocatiue. Cantantur in vesperis
quia dominus venit in vespere mundi. Hic est
helias qui sero carne ⁊ in mane pane vescitur-
dominus scilicet noster: qui ī vltima etate mū
di carnem assumsit. ⁊ diluculo resurgens in pa
nem angelorum transiuit. Et nota q̧ hec eb
domada proxima natiuitati preparatio merito
nuncupatur. ⁊ in ea historia. Clama in forti-
tudine cantatur: que non vt quidam simplices
autumant ad quatuor tempora: sed ad domi-
ni pertinet proximam natiuitatem. vnde cum
sex matutinalibus laudibus decantatur: quo-
niam quelibet illius feria ꝓprias habet ad lau-
des antiphonas: quia per sex etates antiqui se
ad aduentum preparauerunt. ⁊ nos per sex o-
pera misericordie ad secundum etiam prepara
mur. Ueruntamen feriales antiphonas q̄ in il
la feria in qua occurrit festum sancti Thome
scripte sunt. viij. die antea quidam canere con
sueuerunt. Decet enim ante natiuitate̅ domi-
ni cantus omnes antiphonas: ⁊ fere omnia re
sponsoria renouari: quia sicut per plures ⁊ fre-
quentiores nuncios magis ac magis mouetur
animus subditi ad sollicitudinem honorifice
suscipiendi prelatum. sic ⁊ renouatione cantus
magis ⁊ magis mouemur ad curam nostre pre
parationis ī susceptione domini. ⁊ vt per quo-
tidianam renouationem cantus excitemur fre
quentius ad turpes ⁊ terrenas cogitatōes pur
gandas: vt sit dignum habitaculum ⁊ ornatu̅
venturo regi regum pijs cogitationibus prepa
remus. Potest tamen ⁊ totus aduentus prepa
ratio nominari. vnde in principio legitur abij-
ciamus opera tenebrarum: ⁊ induamur arma
lucis ⁊c̄. que omnia sunt preparatōis insignia.
Intitulatur autem in antiquis libris domi-
nica ista. dominica vacat. Primo quia osten-
dit q̧ omnis sanctus vacat. ex quo Io. quo in-
ter natos mulierum non surrexit maior. nō est
dignus soluere corrigiam calciamenti. sicut di
citur in euangelio huius dominice idest incar-
nationis misteria denudare. ⁊ propter hoc do
minus papa non facit stationem ad aliquē san
ctum. Secundo dicitur vacans: quia non ha-
bet proprium officium: sed mutuat alienum. s.
Rorate celi ⁊c̄. ⁊ hoc propter ordines precedē
tis diei in quibus fuit apostolicus occupatus.
Sepe enim in decembri consueuerunt ordīes
ab apostolico celebrari. Tertio: quia numeru̅
dierum aduentus excedit scilicet. xxi. quare in
ter dominicas aduentus non debuit computa
ri: sed vacans potius appellari. Quarto quia a-
postolicus olim hac die dominica elemosinis
vacabat. ⁊ tam ipse q̄ȝ sui circa hoc intenti nul-
lam stationem faciebant. propter quod dicta
est vacans scilicet a statione ⁊ indulgētia. Que
dam ecclesie dicunt in hac dominica euangeli
um. Miserūt iudei: quod est Io. i. c. ⁊ epistola̅

Gaudete que est ad philipen.iiij.c. Alie vero dicunt epistolam sic nos exstimet que est ad corinthi.iiij.c.

De vigilia natiuitatis domini Rica.

IN vigilia natiuitatis domini est īuitatoriū hodie scietis quia.v.d.ꝛ.m.v.g.e. quod est transumptum de exo.xvi.c. Ex eo ꝙ ibi dicitur vespere scietis: quia eduxit vos dominus de terra egypti: ꝛ mane.v.g.e. ꝛ potest dici ꝙ hec breuis clausula ex vna parte ad natiuitatem. ex alia pertinet ad resurrectionem. Sic hodie scilicet in vita presenti. scietis quia veniet dominus idest panis viuus qui de celo descendit. ꝛ ma. vi. gloriam eius id est resurrectionis gloriam non solum humanā sed etiam gloriam diuinitatis eius. Sane ī hac vigilia ecclesia monet ꝛ īuitat filios suos vt parati sint ad suscipiendum dominum. Unde in nocturnali officio primum responsorium est. Sanctificamini scilicet filij israel idest viri spirituales qui videtis deum per fidez. ꝛ parati estote vt intersitis ad nuptias: quia non erit ī cena qui eijcietur a nuptijs. Moraliter non obseruabit consilia qui precepta renuit adimplere. Sequitur in versu ꝛ mane vi. gloriaz eius idest aduentum glorie eius. Uel mane ad litteram ꝛ hec vltima pars de exo. sumpta est. Sed prima non est sumpta de aliquo libro. Dicitur etiam capitulum. Gaudete in domino phili.iiij.c. Diurni vero officij intentio est ostēdere ꝙ christus natus sit. ꝛ hoc dicitur in epistola Paulus seruus ꝛc. que est ad Ro.i.c. ꝛ in euangelio cū esset desponsata: quod est Mathei.i.c. hac enī die desponsatio legitur Marie vt sciatur ꝙ alij fuit desponsata scilicet ioseph. ꝛ ab alio fecundata scilicet a spiritu sancto. Quedam tamen ecclesie ad hoc vt incredulis maior certitudo sit premittunt prophetiā propter syon ꝛc. Que est ysa.xlij.c. in qua ostenditur ipsuz fore nasciturum. Natus autem est vt populum saluuz faceret. ꝛ terre iniquitatem deleret hodie in spe ꝑ sacramenta gratie mane in re per reuelationez glorie. hec patent in introitu ꝛ in graduali. hodie scietis exo.xvi.c. ꝛ in alleluya crastina. Quidaz tamen dicunt alleluya Aue Maria. ꝛ hoc quando vigilia est in dominica. Tunc eniz dicitur alleluya propter resurrectionem domini. Idem etiam patet in post communione. Reuelabitur: que est ysa.xl.c. Sed quia in eius incarnatione erat futura iudeorum dispersio. ideo ī graduali subditur versus. Qui regis: in quo precis oratur. Quantus sit ostendit ps. qui ad introitū cantatur scilicet domini est terra. de quo etiā sumitur offerenda. Tollite portas. In vesperis autem vigilie natalis domini dicunt quidā ps. Laudate.p.d. laudate omnes gentes: lauda anima mea dominum: lau.d.q. bonus. ꝛ lauda hierusalez: in quibus inuitamur ad laudes: alij vero dicūt. lauda. pueri dominuz. Qui cōfidūt. In conuertendo. Memēto domine: ꝛ benedictus dominus. ꝛ merito. quia primus deuotos inuitat ad laudandum iugiter ꝛ predicādū secundus monet in deo confidere in tribus sequentibus redditur causa quare laudibus sit īstandum: ꝛ in domino confitendum. scz quia nostram captiuitatem conuertit: ꝛ multū magnificauit: quia promissa compleuit: duz fructu ventris dauid super sedem eius constituit. qa inclinauit celos ꝛ descendit. Qui demū ď alto manum suam emittet: vt nos eripiat ab aquis multis ꝛ a filijs alienis. Uespere autem iste priuilegiate sunt. quia cuz cetera officia vespertina propter superueniens festum mutentur. iste ñ mutantur: in vigilijs etenim aliorum festorum capituluz: hymnus: antyphona: ꝛ collecta. In quibus etenim ecclesijs totis vesperis diei officijs expletis. solūmodo antyphona ꝛ collecta de sequenti festo dicuntur. eo ꝙ dñs ī vesperis i. in vltima etate mūdi venit ad saluandū saltez reliquias generis humani.

De officio natalis domini Rica.

UEcunque in officio natalis domini dicunť ď exultatione natiuitatis sunt. quia sicut cantatur in responsorio. Descendit de celis christus id est de sinu patris vt appareret visibilis. Unde egressus eiꝰ a patre. id est ab occulto. ꝛ intimo patris. Sequitur introiuit. s. per aurez virginis .i. per fidem que est ex auditu: sicut legiť ī ep̄la ad Ro. Unde cum dixit ei angelus. Spiritus sanctus supueniet in te. spiritui sancto acqeuit Iuxta illud in canticis. Pessulum hostij mei aperui dilecto meo. hostium desideriuz est pessulum discretio. quasi per discretionem aperui desiderium meum dilecto meo. ꝛ hoc audito dixi. Ecce ancilla domini. Non sicut Eua que fregit pessulum quando voluit esse sicut deus. Introiuit dico in vtero virginis quo accepit carnem nostram. ꝛ exiuit per portam clausam in regionez nostram. De hac porta dixit ezech. Porta hec clausa erit in eternum. ꝛ exiuit de mundo per portam auream. i. caritatem quia per crucem. Maiorem enim caritatem neme

habet. quam vt a. su. po. q. pro. a. suis. Et est ad-
uertendum ꝙ dominus in fine anni nasci vo-
luit vt ostenderet se in vltima mundi etate ve-
nire. In sexta feria concept⁹. In dominica na-
tus. In sexta feria crucifixus fuit. ⁊ in domini-
ca resurrexit: vt qui hominez in sexta feria psal-
matuz perdiderat in sexta feria liberaret. ⁊ qui
dixerat in dominica fiat lux in dominica veni
ens oriens exalto nos illuminaret. De hoc dice
tur sub ti. de parasceue. Et ĩ nocte natus est: vt
se sub carne latentez venire signaret. velut se ad
illuminandum noctem nostram venire mon-
straret: quoniam habitantibus in regione vm.
mortis lux orta est eis. Unde ab eius natali di-
es prolongantur: quia credentes in eum ad e-
ternitatis lucem vocantur. Rationabiliter ita-
q̄ȝ nocturna officia celebrantur. Cum autem
cetera festa saluatoris scilicet passio: r̄surrectio
ascensio: penthecosten. ⁊ alia sint variabilia: q̃-
re non celebrantur semper in eisdem kalendis
siue in eadem die mensis. ⁊ quare hoc festũ est
inuariabile cum semper est in eisdem kalendis
siue eadem die mensis? Respondeo secundum
Aug. Hoc festum pertinet ad memoriam tan-
tum. Unde sufficit per illud memorari quota
die mensis christus natus fuit. Et ideo sem-
per eadem die mensis celebratur. licet ipsa
feria varietur propter mutationem littere do-
minicalis. alia vero festa pertinent: ⁊ ad memo
riam ⁊ ad sacramentum. verbi gratia christus
passus est sexta feria: vt hominem qui in sexta
feria ceciderat redimeret. ⁊ sic de alijs. ⁊ ideo o
portet ꝙ sub diuersis kalendis fiant. In eadez
tamen feria scilicet in dominica. Propte-
rea semper pascha nostrum accipitur domini-
ca prima post pascha hebreorum quod est sem
per. xiiij. luna: quia ergo luna. xiiij. non semper
est eodem tempore. vel eadem die mensis. imo
variatur secundum annos solares. ideo ⁊ pa-
scha nostrum non semper est eodem tempore:
nec in eodem die mensis. licet semper sub eadẽ
feria scilicet in dominica celebretur. Rursus iō
pascha pẽthecosten ⁊ alia festa variabilia sunt
nec certe diei mensis sunt annotata: ne videa-
mur imitari iudeos qui semper illa celebrant ĩ
certis kalendis. Alcuin⁹ vero dixit ꝙ ideo hoc
festum per singulos dies variatur: quia natus
est nobis qui per singulos mundi dies lauat il-
los qui per peccatuz Ade sunt maculati. Cir-
ca officiuz nocturnale sciendum ꝙ inuitatori
um scilicet christus natus est nobis ⁊c̃. in per-
sona angelorum cantatur: a quibus pastores:
vel potius omnis populus ad orandum natuz
dominum inuitatur. Nouem vero psalmi di-
stinguuntur per tria nocturna: vt noteẽ ꝙ om
nes sancti patres qui fuerunt in tribus tempo

ribus: scilicet ante legem: sub lege: ⁊ tempore
gratie: in nouo testamento sociati sunt per ad-
uentum christi nouem ordinibus angelorum:
vt sicut angeli sancte trinitati congaudent: sic
⁊ illi congaudeant. In primo p̄s agitur de eter
na christi genitura ⁊ ineffabili. In secundo de
eius incarnatione. In tertio de laudibus spon
si ⁊ sponse. eiq̄ȝ in tribus primis lectionibus ꝑ
ysa. oracula testificamur: qui non tam prophe
tice q̄ȝ euangelice incarnationez christi descri-
psit. Prima est primo tempore ysa. ix. c. Secun
da est. Consolamini ysa. xl. c. Tertia est. Cõsur
ge ysa. lij. c. In ipsis etiam fit promissio. in ali-
is ostenditur promissionis impletio. Primus
nocturnus recolit tempus ante legem: seu eos
qui fuerunt ante legem: vt abraham ysaac: ⁊ ia
cob. Secundus nocturnus recolit tempus le-
gis: seu eos qui sub lege fuerunt: vt dauid ⁊ pro
phetas ⁊ alios plures. ⁊ ideo ĩ antiphonis que
cantantur in illis duobus nocturnis: quia ad
vetus testamentum pertinent non dicitur alle
luya: quoniam patres illorum temporum diffe
rebantur ab eterno gaudio: scilicet a patria in
qua iuxta apoc. cantatur alleluya. Tertius ve-
ro recolit nouum testamentum: quod habuit ĩ
itium a baptismo: qd̄ tertio tẽpore scilicet gra-
tie nobis collatum est: seu eos qui fuerunt ĩ no
uo testamento: vt sunt apostoli: ⁊ alij sancti. I-
deoque in illis antiphonis que eos recolunt: ⁊
que ex nouo testamento sumuntur canitur al-
leluya: quoniam istos plus honorauit suus ad-
uentus q̄ȝ precedentes patres. ita vt si digni de
hoc mundo migrant. illico in celum transferã-
tur: ⁊ societati sanctorum iungantur: quod an
tiqui patres longo tempore expectauerũt mur
murãtes infra claustra inferni. Ante noctur-
nos solent in quibusdam locis super altare tres
pannos poni. ad designationem premissorum
trium temporum. ⁊ in singulis nocturnis sin-
guli ammoueri. Primus niger pro tempore an
te legem. Secundus albus pro tempore reuela
tionis. Tertius rubeus pro tempore gratie pro
pter dilectionem sponse candide. ⁊ rubicũde.
In quibusdam quoq̄ȝ ecclesijs suspenduntur
boni panni. In quibusdaz viles. ⁊ in quibusdã
nulli. prout in prima parte dictum est sub ti. de
picturis. Sane ad primum responsorium p̄
mi nocturni dicuntur in quibusdam ecclesijs
tres versus propter causam redditam sub pri-
ma dominica aduentus. ⁊ post quodlibet triũ
responsoriorum priorum dicitur gloria patri. ⁊
hoc ideo: quoniam in tribus responsorijs tria
significantur. scilicet restauratio angelorum.
reparatio hominum. ⁊ modus quo ista facta
sunt. Restauratio angelorum notatur in p̄mo
vbi dicitur. Gaudet exercitus angelorum. Re-

paratio hominum in secundo. vbi dicitur pax vera descendit. Modus vero quo hec facta sunt. ⁊ potius quo descendit ille qui fecit insinuatur in tertio quod est in quibusdam locis. Descendit de celis. In quo ostenditur vt pmissum est deum descendisse a patre in virginem: ⁊ ita ad nos. vel per hoc quod in ipso responsorio tangitur ꝙ intrauit in regionem nostram: recolitur liberatio habitantium in regione vmbre mortis. Quia ergo hec facta sunt per trinitatem. iccirco post quodlibet illorum responsoriorum gloria patri cantatur: quod ad laudem pertinet trinitatis. Rursus sicut manna habebat saporem simile cum melle. ita ⁊ christꝰ duo habuit in se. humanitatem ⁊ deitatem. Humanitas per similam. deitas per mel intelligitur. Unde etiam in hoc secundo responsorio dicitur hodie per totum mundum melliflui facti sũt celi. quasi diceret totus mundus mellificatus ⁊ dulcoratus est. In tertio vero responsorio fit triplex iubilus. scilicet in fabrice. in tanqui. in gloria patri. In quo quidem in tribus saluatorem commendamus. ostendentes ꝙ qui ineffabiliter fabricam mundi creauit. ⁊ ineffabiliter de virginis thalamo processit. ⁊ ineffabiliter equalis patri ⁊ spiritui sancto permansit. sicut fuit ab eterno. sic nunc est ⁊ erit ineternuꝫ. ⁊ hec tria triplici iubilo significamus. primum primo. secundum secundo. ⁊ tertium tertio. ⁊ vt expressius tertium significetur in quibusdaꝫ ecclesijs cantatur gloria patri ⁊c̃. ⁊ sicut erat in principio ⁊c̃. vsqꝫ amen. Et nota ꝙ fit iubilus super a ⁊ super o. Super a in fabrice ⁊ in tãqꝫ. Super o fit in gloria patri. ad notandum ꝙ cui fit est alpha ⁊ o idest principium ⁊ finis. Iubilus autem quandoqꝫ notat expectationem nostram: vt dicetur sub ti. de septem diebus post pascha: quandoqꝫ nostram infirmitatem: vt i versu tanqꝫ sponsus. quandoqꝫ rei de qua agitur magnitudinem: vt ibi Fabrice mundi. quãdoqꝫ gaudij immensitatem: vt in fine responsorij verbum caro. ibi enim significat immensitatem gaudij quod viri sancti habent. de eo ꝙ v̂bum caro factum est: plenum gratia ⁊ veritate. De iubilo dictum est in prohemio quinte ꝑtis. Restat adhuc de sex responsorijs dicere. ⁊ quidem in primis duobus secunde nocturne agimus de partu. In tertia de parturiente. In duobus vero primis tertie nocturne agimꝰ de parturiente. ⁊ in tertio de partu. In quo consuetudinem mulierum imitamur. Consueuerunt enim mulieres visitare parturientes ⁊ partum ⁊ eis munuscula sua dare. ⁊ nos parturiẽtem. ⁊ partum quodammodo visitamus. cum pro modulo nostro eos magnificamus. Ipse vero laudes sunt munuscula que offerimus. Dicitur etiam ad horas capitulũ. Paulus seruus Ro. primo ca. ⁊ illud multipharie hebreos. i. c. ⁊ illud apparuit gratia ad Titum. ij. c. ⁊ illđ apparuit benignitas ibidem. iij. c. In nocturnali officio tria leguntur euangelia vt habeat ecclesia quod intendit. vicit enim ostendere vtrãqꝫ naturam esse in christo. vt sic plures sint testes natiuitatis christi. ⁊ propter hoc etiam leguntur lectiones in quibus Augustinus ⁊ alij sancti inducunt ad hoc auctoritates infinitas. scilicet ab eis qui fuerunt ante legem: sub lege: ⁊ post legem: quoniam integrum est iudicium: quod plurimorum sententijs confirmatur: extra de offi. dele. prudentiam. Legitur ⁊ quartũ euangeliũ Mathei. scilicet liber generationis post nouum versum: in quo exprimitur eius generatio: vt ostendatur eum fuisse de genere patrum eorum quibus facta est promissio scilicet dauid ⁊ abraham: dauid in ꝑs. de fructu vẽtris ⁊c̃. ⁊ primo paralipomenon cum dormieris cũ patribus tuis suscitabo semen tuum post te abrahe vero geñ. xvi. dictum est. In semie tuo benedicentur omnes gentes. ⁊ ideo dicit in principio filij dauid: filij abraham: quia illis specialiter facta est promissio. ⁊ sic ostenditur ꝙ ipse erat messias: qui promissus est in lege ⁊ prophetis. Et nota ꝙ Mathẽꝰ describit hic genealogiam descendendo ad ioseph. Lucas vero ascendendo prout sub epiphania dicetur. Sed quare potius ioseph qꝫ Marie generatio computatur: cum etiam christus non fuerit filiꝰ ioseph. Respondeo quia ambo de eadem tribu fuerunt. Et tribus idest genealogia per mares nõ per feminas distingui solet. ⁊ computari in veteri testamento. numerando ergo vsqꝫ ad Ioseph. perinde est ac si vsqꝫ ad beatam virginem processisset. Propterea christus maluit filius fabri vocari quam matrem propter suspitioneꝫ adulterij lapidari. Et reuera filius est illius fabri qui fabricatus est auroram ⁊ solem. Et scias ꝙ natiuitas beate Marie ex tribu iuda. ⁊ regia stirpe dauid originem duxit: prout scriptura sepe testatur dicens christum de semine dauid d̃scendisse. qui de ipsa sola natus est. Siquidem dauid inter ceteros duos filios habuit. scilicet Nathan ⁊ Salomonem. Ex cathena siue generatione Nathan descendit virgo maria. Quoniam ex cathena ipsius Nathan Leui. genuit melchi. ⁊ Panthera vero genuit Barpantherã. Barpanthera Ioachim. Ioachim virgineꝫ mariam: vt dicetur in septima parte sub festo Philippi ⁊ Iacobi apostolorũ. Ex cathena v̂o salomõis descẽdit ioseph vir ipsiꝰ marie qñ ex cathena ipsius Salomonis Mathan ex vxore

ſua genuit Jacob. Defuncto autem Mathan
Melchi. ex tribu Nathe filius Leui. ⁊ frater
Pantheris nupſit vxori ipſius. Nathaz ſcilicet
matri iacob. ex qua genuit Heli. ⁊ ſic facti ſunt
fratres vterini Jacob ⁊ Heli. Mortuus autez
eſt Helyas ex tribu Nathan ſine liberis: cuius
vxorem accepit Jacob frater eius ex tribu ſalo
monis. ⁊ ſuſcitauit ſemẽ fratri eius ⁊ genuit io
ſeph. Joſeph igitur naturalis eſt filius Jacob
ex deſcenſione Salomonis. ſecundum legem
vero Helye: qui ex Nathan. Naz qui naſceba
tur ſecundum naturam quidem filius erat ge-
nerantis: ſed ſecundum legem defuncti. Dein-
de cantatur. Te deum laudamus in omnium
antecedentium actiones gratiarum. ⁊ ad deſi
gnandum exultare nos cum angelis. ⁊ congra
tulari de dragma perdita inuenta. Jn quibuſ-
dam tamen eccleſiis finita prima miſſa canta-
tur dictum euangelium Mathei. Liber gene-
rationis. ⁊ hoc ideo quia duo teſtes ad minus
nobis neceſſarii erant. Primus teſtis fuit Lu.
qui in euangelio miſſe. Exiit edictum ⁊c̃. narra
uit iuxta verbum euangelii. deum natum in ci-
uitate dauid. Adducitur ergo alius teſtis dicẽſ
eum natũ de dauid. Ac ſi dicat non tantũ ẽ na
tꝰ ĩ ciuitate dauid: ſʒ ẽt ĩ dauid. Vñ Matheꝰ
prius nominat dauid ꝙ̃ abraham dicẽs filii da
uid filii abrahaz. quamuis ⁊ alia poſſit eſſe cau
ſa quare prius dauid nominat ſcilicet quia da
uid fuit prior abraham dignitate. Nam ille tan
tum patriarcha: iſte patriarcha ⁊ rex. Audito
igitur in euangelio miſſe vno teſte ab eccleſia:
quia vix eſt ꝙ vni teſti ſoli credatur. ideo adie-
cto alio ſcilicet Matheo qui etiam generatio-
nem dominicam deſcribit. tunc plene cõfidẽs
eccleſia exultans clamat. Te deum laudamus:
vt in ore duorum trium vel plurium ſtet omne
verbum: extra de teſti: in omni. ii. q. iiii. §. i. Ad-
huc quia vix eſt ꝙ vni teſti credatur. hinc eſt ꝙ
vnus terminat miſſam dicens in quibuſdaz ec
cleſiis benedicamus domino. Et eccleſia quaſi
voce dimiſſa reſpondet. Deo gratias. Rur-
ſus finita miſſa dicitur euangelium. Liber ge-
nerationis. ⁊ poſtea te deum laudamus: quia
generatio diuinitatis preceſſit generationem
humanitatis. Et quia illarum noticia fuerit no
bis laudũ. materia. ideo laudes ſequuntur. Miſ
ſa ergo laudes precedit: quia prius fuit eterna
genitura de qua miſſa illa loquit ꝙ̃ aliqua cre-
atura fuerit que deum laudare potuerit. Jn
laudibus matutinis quaſi choream ducimus.
Unde in prima antiphona dicimus quem
vidiſtis paſtores ⁊c̃. ⁊ ipſi reſponderunt natuz
vidimus. Circa miſſe vero officium notanduz
eſt ꝙ Theleſphorus papa ſtatuit in die iſta de-
bere cantari tres miſſas. ad oſtendendũ ꝙ chri
ſti natiuitas ſaluauit patres trium temporum
ſcilicet patres ante legem: ſub lege: ⁊ poſt legez
prima canitur de media nocte. ad oſtendendũ
ꝙ illi qui fuerunt ante legem non fuerunt illu-
minati aliqua lege. ⁊ per illam etiam oſtendit
ꝙ panis qui quotidie ſacrificatur ⁊ manduca-
tur in altari. videlicet chriſtus natus eſt in bet-
hleem in media nocte: ⁊ ĩ hac nocte ſicut dicit
Lucas. Unde ſapien. xviii. Dum medium ſilen
tium tenerent omnia. ⁊ nox in. ſ. c. m. iter. h. ⁊c̃.
quod ad litteram exponitur de natiuitate do-
mini: hoc etiam inſinuat euangeliuz huius miſ
ſe. ⁊ collecta illa. Deus qui hanc ſacratiſſimam
⁊c̃. ⁊ prophetia illa. Populus gentium ambu-
labat in tenebris ⁊c̃. ⁊ epiſtola. Et fere omnia q̃
in illa miſſa dicuntur. Jdem etiam Theleſpho
rus papa de con. di. i. nocte: ſtatuit in hac miſ-
ſa hymnum angelicum ſcilicet gloria in excel-
ſis ſolenniter decantari ad recolendum ꝙ an-
geli nocte iſta illum decantauerunt: in qua ab
angelis paſtoribus eſt nunciatus. Unde ĩ euã-
gelio legitur: ⁊ ſubito facta eſt cum angelo mul
titudo milicie celeſtis laudantium ⁊ dicentiuz
gloria in excelſis deo: ⁊ in terra pax hominibuſ
⁊c̃. Notandum eſt autem ꝙ hec miſſa ⁊ lau
des matutine terminantur ĩ pleriſqꝫ locis vna
oratione ad oſtendendum ꝙ totum illud offi-
cium idem indicat ſcilicet natiuitatem eternaz
⁊ temporalem. vnde ipſa miſſa incipit. Domi-
nus dixit ad me filius meus ⁊c̃. quod tantũ de
generatione eterna ſeu de generatione chriſti
intelligitur. quod vero ſequitur. ego hodie ge-
nui te de vtraqꝫ eſt. ⁊ exponit hodie ideſt eter-
naliter. Nam ſecundum Augu. hodie preſenti
am ſignificat. ⁊ quod eternum eſt ſemper pre-
ſens eſt verſus de temporali ſcilicet. Quare fre
muerunt gentes ⁊c̃. Quaſi diceret pro nihilo:
cum chriſtus deus ⁊ homo ſit reſponſorium ĩ
eterna in quo dicit deus pater ego ſum. Tecuz
principium. Unde ⁊ ibidez ſequitur. Jn die vir
tutis tue ſcilicet in die reſurrectionis in ſplen-
doribus ſanctorum ideſt in luce omnium ſan-
ctorum ideſt in luce omnium ſanctorum. ⁊ di-
cit in ſplendoribs ſanctorum pluraliter propt
diuerſos effectus. ex vtero ideſt ex intima bo-
nitate mea. ante luciferum genui te ideſt ante
omnem creaturam quaſi diceret ab eterno. E-
piſtola vero Paulus ſeruus: quam quidem in
vigilia dicunt. ⁊ euangelium de temporali. Un
de in epiſtola dicitur ex ſemine dauid. ſecundũ
carnem in euangelio dicitur. Exiit edictuz a ce
ſare Auguſto: quod eſt Luc. ii. c. Jn aliis vero
eccleſiis dicitur epiſtola. Apparuit gratia dei q̃
eſt ad Titum. ii. c. Ante epiſtolaz legitur imme
diate prophetia Primo vt baſis ſit ſub colum
na innitente baſi. Non enim que dicuntur

in euangelio crederetur impleta nisi forent in
veteri testamento predicta. Secundo ideo in
vigilia ⁊ in hac missa due lectões sine iteruallo
dicuntur: vna de prophetia: alia de apostolo:
quia christus pro duabus populis in vno pari-
ete coniungendis nascitur. Tertio quia super
basim prophetarum fundata est columna apo
stolorũ. Quarto quia actiui ⁊ contemplatiui
per hanc natiuitatem in vna fide saluantur.
Quinto quia per vtrunq₃ testamentum christi
natiuitas concorditer predicatur. hi sunt duo
cherubin qui propiciatorium tegunt. se seq₃ in
propiciatoriũ versis vultibus respiciunt: vt di
ctum est in prohemio quarte partis. Quidam
tamen nullam dicunt prophetiam significan-
tes ꝙ vetera transierunt ⁊ noua facta sunt om
nia. q.d. ipso facto cessat figura: quia veritas
venit. Secunda missa cantatur in diluculo in
exordio diei: quando christus in cunabilis ado
ratus est a pastoribus. ⁊ hoc primo ad ostendẽ
dum ꝙ sancti patres ⁊ prophete qui fuerũt sub
lege scripta aliquantulam cognitionem dei ha
buerunt sed non tantam quantam nunc habe
mus. ⁊ ideo incipit a premissione que facta est
antiquis in veteri lege. lux fulgebit hodie ⁊c̃.
Secundo ideo: quia sicut dominus a Gabriele
fuit nunciatus priusq̃₃ nasceretur. sic ante ini-
cium diei sue natiuitatis missa canitur. Tertio
propter ortum noue lucis: quia ille natus est q̃
in ortu suo tam in vtero q̃₃ ex vtero fuit lux vã.
Dicitur ergo in ortu huius temporalis lucis. q̃i
ipso facto dicatur. Orta est lux. Huic cõsonat
introitus scilicet lux fulgebit. ⁊ graduale ĩ quo
dicitur deus dominus ⁊ illuxit nobis. ⁊ quod
sequitur in introitu ⁊ vocabitur ammirabilis.
sumitur ysa. ix. c. A quibusdam tamen dicitur
de nocte eo ꝙ pastores ĩ nocte illa visitauerũt
presepe domini: ꝙ notat euangelium eiusdem
misse pastores ⁊c̃. Luc. ij. c. Predicitur etiam
tunc in quibusdã ecclesijs prophetia. spiritus
domini super me: que est ysa. xli. c. Deinde dici
tur epistola apparuit benignitas: que est ad Ti
tum. iij. c. Communio est. Exulta filia zacharie
ix. c. Tertia vero missa que die clara hora ter
tia quando illuxit nobis dies redemptionis no
stre festiuius celebratur ad tempus refert̃ gra-
tie: in quo descendit lux magna de celo: que il-
luminat omnẽ hominem venientẽ in hũc mũ-
dum. Uelum enim templi scissum est in duas
partes. vnde Sapi. Aperta sunt prata: ⁊ appa-
ruerunt herbe virentes. Epistola multipharie
que est ad hebre. i. c. ⁊ euangelium leguntur de
eterna generatione. vnde dicitur in epistola fi-
lius meus es tu: ego hodie genui te. ⁊ de tempo
ralibus habet̃ ibi multipharie multisq₃ modis.
In euangelio vero de eterna. vnde incipit ĩ pri
cipio. d. In principio creaturarum erat verbũ
quod est Jo. i. c. Dicitur etiam tunc in quibus-
dam ecclesijs prophetia propter hec sciet: que
est ysa. lii. c. Communio est. viderunt ysa. lij. c.
⁊ ps. Prima ergo missa est de eterna genitu
ra. Secũda est de promissione antiquis facta.
vnde cantatur. Lux fulgebit. nõ dicit fulsit vel
fulget. Tertia est de veritate nobis exhibita. vn
de cantatur. Puer natus est nobis. ysa. ix. c. ibi
vtitur futuro ad notandum promissionem. hic
preterito ad notandum promissionis impletio
nem. Et quia eterna generatio nobis est occul
ta. Juxta illud ysa. generationẽ eius quis enar
rabit. ideo missa de eterna genitura nocte pro-
funda cantatur: quia vero antiqui patres qui-
bus facta est promissio certi erant de incarna-
tione domini: sed non tantum quantũ patres
noui testamẽti. quibus exhibita est veritas. iõ
missa de promissione antiquis facta cantatur
illuscente aurora in qua est modicum lucis: sed
secundum ipsum introitum videtur ꝙ deberet
esse lux fulgens: sed non est ita: quia lux in au-
rora rubet: in tertia fulget: in sexta feruet: in ve-
spere tepet: quia vero temporibus noui. t. ma-
nifeste est veritas. inde est ꝙ missa que est d̃ ex
hibitione veritatis clara luce cantatur. Pri
ma ergo missa pertinet ad generationem eter-
nam scilicet de patre sine matre. secunda ad tẽ
poralem scilicet de matre sine patre. tertia com
pacta est: quia de vtraq₃ agit: ⁊ ideo pertĩet ad
eternam simul ⁊ temporalem. Notandũ ta-
men est ꝙ in missa que est de eterna genitura
legitur euangelium de humanitate scilicet. Exi
it edictum a cesare Augusto. in illa vero que est
de veritate nobis exhibita legitur euangelium
de diuinitate scilicet. In principio erat verbũ:
ad notandum ꝙ ex quo humanitas diuinitati
fuit vnita. nec humanitas sine deitate. nec dei-
tas sine humanitate fuit. nec erit. hãc rationẽ
asserit magister in psalterio. Aiunt quidã ꝙ
cum in collectis in lectionibus ⁊ in euangelio
⁊ in offertorio prime misse euidenter natiuitas
de virgine memoretur: intentio totius officij
ad temporalem potest natiuitatẽ referri. ⁊ ex-
ponunt in introitu hodie idest hac die ante lu-
ciferum stellam videlicet matutinam: genui te
idest generationem tuam sum operatus. ⁊ ꝙ ĩ
euangelio dicitur. Maria peperit filium suum
primogenitum. exponitur primogenitũ idest
ante quem nullus: extra de verbo. sig. nam ⁊ e-
go. Officium vero secunde misse aiunt concor
dare dictis pastorum dicentiũ: vt legitur in euã-
gelio. Trãseamus vsq₃ bethleẽ. ⁊ vi. h. v. q. factũ
est. Qui gratulantes dicunt in introitu lux ful-
gebit. Orta enim erat stella ex iacob. Uel dicit
lux fulgebit in persona legis: que tẽporalẽ natiui

tatem antiquis patribus repromisit. Et subdi-
tur dominus regnauit decorem indutus est il-
lum scilicet decorem quo coronauit eum ma-
ter sua: hoc est humanitas. Et addunt in gradu
ali. Benedictus qui venit: ⁊ in alleluya. Domi-
nus regnauit. ⁊ quis ⁊ quantus sit in offerēda
supponunt dicentes. Dominus enim firmauit
orbem terre. ⁊ quia primus paries est ex hebre-
is. ideo primicie scilicet pastores in communi-
one loquuntur ad eos. Exulta filia syon. i. eccle
sia. Officium tertie misse personat mirabilia v̄
bi dei quod erat in principio. ⁊ incipit esse ca-
ro sicut legitur in euangelio hoc verbum, est pu
er qui secundum prophetam natus est nobis:
vt canimus in introitu. ⁊ hoc est canticum no
uum. De quo propheta in versu. Cantate do-
mino canticum nouum. hoc quoq; verbum ē
illud salutare. de quo protinus canitur in gra-
duali. Viderūt omnes. hec est lux magna que
descendit in virginis vterum. que illustrat om
nem hominem venientem in hunc mundum.
de qua dicitur in euangelio. In principio erat
⁊c̃. Hic demum est ille diues rex ⁊ potens. cui
dicitur in offerenda. Tui sunt celi: ⁊ tua est ter
ra. In fine prime ⁊ secunde misse dicunt qui-
dam. Benedicamus domino: prout dictuz est
sub ti. de aduentu. Ab hac autez die vsq; ad o-
ctauam epiphanie responsoria ⁊ eorum versus
dicuntur cum alleluya ad representandū sum-
mam leticiam que aduenit tempore gratie.

De dominica infra octauam natalis domi-
ni rubrica.

In dominica que intercidit infra octauaz natalis domini. cantatur de natiuitate domini. Unde in troitus misse est. Dum medi um silentium, tenerent om-
nia ⁊c̃. sapien. xix. c. Est enim triplex silentiuz. s.
ignorantie desperationis. ⁊ glorie. Silentium
ignorantie fuit ante legem: quia ignorabāt pec
cata sua: ⁊ ideo non clamabant ad dominum.
ad Ro. x. Mors regnauit ab Adaz vsq; ad mo-
ysen. Postq; autem lex data est ad cognitiōez
peccati: multo tempore seruauerunt legez. Ad
vltimum vero desperauerunt. quando scilicet
omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt
tunc fuit silentium desperationis. Postq; aūt
venit christus ruptum est silentium. vnde cla-
mant omnes laudes dei. Silentium glorie ve-
niet quando impletum erit totum desiderium
nostrum. In silentio desperationis venit do-
minus vt ei attribueret salus humani generis
qui est verus medic9. Et hoc est quod dicit du;
medium silentium. Sequitur ⁊ nox. i. dyabol9
in suo cursu. mediuz idest commune iter habe-
ret. Omnes enim communiter ad inferos de-
scendebant. Omnipotens sermo tuus idest fi-
lius tuus domine pater qui dicitur sermo pr̄is
quia per eum natus est a regalibus sedibus ve-
nit querere ⁊ facere reges vel ad litteram. Dum
omnia tenerent medium idest commune silen
tium de nocte scilicet quando omnia silent. ⁊
nox in suo cursu medium iter perageret ad litte
ram. Omnipotens sermo tuus. a. re. se. ve. quia
media nocte natus est dominus. ⁊ concordat
epistola que est ad gal. iiij. c. vbi dr̄ at vbi venit
plenitudo temporis ⁊c̃. Responsorium est spe-
ciosus forma ⁊c̃. quia immunis ab omni pecca
to ⁊ omnibus virtutibus plenus. sicut enim ha
betur ad col. ij. In ipso habitat omnis plenitu
do diuinitatis corporaliter idest ad moduz tri-
ne dimensionis idest communi modo sicut in
omnibus est scilicet essentialiter: presentialiter
⁊ potentialiter. Item secundum gratiam est in
sanctis. ⁊ secundum vnionem est in christo. ⁊
ideo diffusa est gratia in labijs tuis gratia: quia
nunq; sic locutus est homo. diffusa est inq;: q2
in ore eius fuit lex clementie: vt cum dixit mu-
lieri: nemo te condennauit: nec ego te conden
no: vade ⁊ amplius noli peccare. Et cum dixit
diligite inimicos ⁊c̃. Euangelium erat Joseph
Luc. ij. c. Similiter ad natiuitatem pertinet, q;-
tum ad principium: licet ⁊ ad aliud pertineat.
Erant pater eius scilicet putatiuus. ⁊ mater mi
rantes super his que dicebantur de eo scilicet
a pastoribus. Sequitur i euangelio prophetia
symeonis. Ecce positus est hic in ruinā scilicet
infidelium. ⁊ in resurrectione multorum. s. fide
lium. ⁊ in signum idest in signationem cui con
tradicetur. q. d. si in viridi hoc faciunt in arido
quid fiet. vel in signum idest in ostensionez: q2
per humilitatem ⁊ paupertatem itur in paradi
sum. vel in signum idest in signaculum. Unde
Jo. i. q; signauit pater ⁊ misit in munduz: vt eo
signaremur. Et aggeus. Ecce posui te in signa-
culum: quia elegi te. Et in canticis: pone me vt
signaculum super cor tuuz ⁊c̃. positus est ergo
christus in signum tripliciter. s. in significatio-
nem in ostensionem ⁊ in signaculum. Rur-
sus hoc officium. Dum medium ⁊c̃. vox est pri
mitiue ecclesie: in qua recolit domini natiuita
tem. cuius fructum predicat in epistola: quia d̄
seruitute transiuimus ad filiorum adoptionez.
⁊ ipsum commendat secundum sapientiam in
euangelio vbi dicitur. Puer crescebat ⁊ cōfor-
tabatur plenus sapientia. secundum potentiaz
in alleluya. dominus regnauit. ⁊ in offerenda.
dominus enim firmauit secūdū pulchritudinē

in graduali speciosus forma. In post communionione vero tollite puerum. Mathei.ij.c. tempus fuge notatur: quo descendit dominus in egyptum. et mistice respicit ad gentilitatis adoptionem: quia dominus de iudea transiuit ad gentes vt eas adoptaret heredes.

De festo circumcisionis Rrica.

Hic de festo circumcisionis dicendum est. Sciendum est autem quod circumcisio primo iniuncta est abrahe et semini eius id est hebreis ex eo nascituris vt sic probaretur an obediret vel non. sicut et adam ad probationem obedientie mandatum accepit ne de ligno vetito manducaret. Fuit autem precepta circumcisio propter quinque causas. Primo vt per obedientiam mandati Abraham placeret deo: cui per preuaricationem Adam displicuerat. Secundo data fuit in signum magne fidei Abrahe. Credidit enim se habiturum filium in quo benedicerentur omnes gentes per fidem idest per quam spiritualis circumcisio impleretur: vt sic iustificaretur et ipse. Tertio vt in hoc signo discerneretur ab omni natione populus ille. Quarto vt circumcisio facta in virili membro per quod generatur creatura mortalis. et in quo libido solet dominari castitatem corporis et mentis seruandam. et impudicitiam resecandam indicaret. Quinto quia non posset melius significari per christum tolli originale peccatum. cum preputio quippe omnis homo nascitur quenadmodum et cum originali peccato. In carne preputij ideo est iussa fieri quia in remedium instituta est idest contra originale peccatum quod a parentibus contrarimus. corruptis concupiscentia que in parte illa magis dominatur. et quia in membro illo culpam inobedientie homo prius cognouit. decuit quod et in illo signum obedientie acciperet. Fiebat circumcisio die octauo ex legis precepto. Leuiti.xij. et fiebat cum lapideo cultello ad significandum quod post septenarium huius vite in octaua die idest etate que erit resurgentium. omnis ab electis per petram idest christum absciditur corruptio carnis et spiritus: quando liberabimur a seruitute corruptionis quando circumcidetur a peccatis anima cuiuscumque credentis in eum. Due itaque res sunt illius sacri. s. circumcisio a peccatis in presenti. et circumcisio ab omni corruptione in futuro. Christus autem non indigebat circumcidi: vt iam dicetur. Conferebat circumcisio suo tempore remissionem peccatorum: sicut et nunc baptismus. Unde Greg. de con. di. iiij. quod apud extra de baptis. maiores. Quod apud nos valet vnda baptismi: hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides. vel pro maioribus virtus sacrificij. vel pro his qui de abrahe stirpe prodierunt misterium circumcisionis.

Sed quare christus qui fuit agnus immaculatus non habens maculam neque rugam: qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: voluit circumcidi. Respondeo sicut in templo presentari: sicut et baptisari: sicut de agno pascali cum discipulis epulari: sic voluit in corpore circumcidi propter nos. Secundo ne iudei dicerent eum non esse messiam in lege promissum: quia non esset circumcisus: nec viueret secundum legem: qui de seipso dixit non veni soluere legem: sed adimplere. Tertio ratione nostri. s. propter figuram. Etenim circumcisio illa carnalis figurabat presentem spiritualem que est gratia: et futura que erit in gloria: nec dedit nobis exemplum carnaliter circumcidendi: sed spiritualiter per vite innouationem. Nam secundum Bernardum dupliciter debemus circumcidi. s. exterius in carne: et interius in mente. Quarto ratione sui: vt. s. se veram carnem assumpsisse ostenderet. Quinto ne demones circumcisionis misterium agnoscerent: cum enim illa contra originale peccatum fieret credidit dyabolus. et hunc qui circumcidebatur similiter peccatorem esse. propter quam etiam causam voluit vt mater eius virgo perpetua desponsaretur. Sexto propter perfectam humilitatem tamquam esset peccator voluit hoc fieri: licet non indigeret: sicut et ex humilitate voluit baptizari subdendo se minori. Ubi sit caro preputij christi. dictum est in quarta parte sub. vij. particula canonis super verbo noui et eterni. Fuit autem mutata circumcisio in baptismum quatuor de causis. Primo quia sacramentum baptismatis est perfectius. Secundo quia magis commune. mulieres enim circumcidi non poterant. Tertio quia magis gratia plenum. Per circumcisionem namque tantum peccatum remittebatur: sed gratia ad bene operandum per eam non prestabatur: nec virtutes dabantur: vel augebantur. In baptismo non solum peccatum remittitur: sed etiam gratia cooperandi confertur: et virtutes augentur. Ideoque recte ait apostolus quod abraham cepit circumcisionem tantum in signum. Quarto propter honestatem honestius enim est aqua lauari quam corpore mutilari. Sed videtur quod de circumcisione non debeat fieri festum. Cum dicit apostolus circumcisio nihil prodest. extra de bapti. maiores. et iterum si circumcidimini christus nihil vobis proderit. propterea cum ecclesia non faciat festum de passione domini videtur quod in circumcisione

in qua incipit passio domini quando primum
sanguinem suum fudit non fit facienduꝫ festū:
sed potius lamentum. sicut ⁊ in passione. Ad
hoc dicitur ꝙ festum non fit de circumcisione
sed de octaua natalis domini. Sed nec ali-
quid impedit nos dicere ꝙ fiat festum de cir-
cumcisione: quia significat circumcisionem q̄
fiet in octaua resurrectionis a culpa ⁊ a pena.
⁊ est causa meritoria illius. ⁊ propter illud gau-
dium ecclesia solennizat. Ad hoc vero ꝙ obijci
tur de passione. Respondetur ꝙ alia de causa
ecclesia dimittit facere festuꝫ in die qua domi-
nus passus est q̄ꝫ propter passionem. s. quia tūc
dominus posuit peccata nostra in statera. Un
de Job vtinam appenderentur peccata mea q̄
bus iram merui: ⁊ calamitas quam patiar ī sta
tera. Oportuit enim filium dei pati pro pecca-
tis nostris: vt nos redimeret ab omni peccato
⁊ ideo luget ecclesia magnitudinem peccatoꝝ
suorum considerans ꝙ sol erubescens propter
peccata hominuꝫ obtenebratus est. de quo di-
cetur sub parasceue. Celebratur ideo hodie
octaua natiuitatis: que est octaua suppletiōis
prout dicetur in prohemio. vij. partis. Est etiaꝫ
hec octaua alterius negocij significationis.
Duplex est enim negocium quod in ea figura-
tur: vnam circumcisio domini: quod in euan-
gelio exprimitur alterum aduentus homīs ad
deum Est enim duplex aduentus. s. christi ad
homines: de quo in natiuitate actuꝫ est: ⁊ ho-
minum ad christum: de quo in hac octaua agi
tur: quod notant antiphone laudum: vt illa O
admirabile commercium. Nam commerciuꝫ
est vbi aliquid accipitur ⁊ aliquid dať. Domi-
nus nanꝗ accepit nostram humanitatem: vt
nobis daret suam diuinitatem: quod notatur
in verbis ibi sequentibus. s. animatum corpus
sumens de virgine. Per hoc enim notatur
quod dominus accepit. per hoc vero quod di
cit largitus est nobis suam deitatem notať qd̄
dederit. Secūda vero ⁊ quarta antiphone ter-
minantur. Te laudamus deus noster. q. d. ad
te venimus laudando te. Tertia terminať dei
genitrix intercede pro nobis. q. d. intercede vt
filius tuus suscipiat nos. In quinta diciť illud
quod dixit baptista. Ecce agnus dei. q. d. ad eū
venire debemus. Unde Andreas ⁊ alius disci
pulus Joānis hoc audito secuti sunt dominū
In antiphona vero que est supra benedictꝰ di
ciť. Innouantur nature. nostra enī natura re-
cedendo a deo est inueterata: ⁊ redeundo ē re
nouata. Notandū quoꝗ est ꝙ quinꝗ sunt
que hanc diem reddunt solennem. Primū est
quia hac die duo festa concurrunt. s. parientis
⁊ partus. Unde ⁊ due misse celebrantur. pr̄ia
de pariente. s. de beata virgine: in qua diciť in-
troitus vultum tuum. ⁊ cōmunio simile est re-
gnum celorū omni negociatori. Mathei. xiij.
c. Secunda de partu. s. de filio in qua dicitur ī-
troitus. Puer natus es nobis vel in alijs eccle-
sijs Dum medium silentium: Unde ⁊ in quibꝰ
dam gradualibus officium vtrunꝗ intitulatū
inuenitur. Et ideo quia hoc festum est de bea-
ta virgine fit hodie statio apud ecclesiā sancte
Marie transtiberim: q̄uis quideꝫ scripserint
ꝙ fit apud sancta sanctorum ad lateranum. ꝓ
eo ꝙ caro circumcisionis domini ibi diciť cō-
seruari: prout dictum est in. iiij. parte sub. vij. ꝑ-
ticula canonis. Epistola est apparuit benigni-
tas que est ad titum. iij. Euangelium est. Post
q̄ꝫ consumati sunt. Luc. ij. Alleluya multipha-
rie. Hebreos. i. Secundum ꝙ facit hanc diē
solennem est octaua de qua dictum est. Ter-
tium impositio noui ⁊ salutiferi nominis: de q̄
dicetur sub. t. de sabbato sancto. vbi agitur de
baptismo: quod nomen triplex est. s. filius dei
christus ⁊ ihesus. sicut ex euangelio colligitur:
de hoc actum est in prohemio secunde partis.
Quartuꝫ est effusio sanguinis ihesu christi.
hodie enim primo sanguinem suum pro nobis
fundere cepit: qui eum postmoduꝫ sepe funde-
re voluit. Quintum est signaculum circum-
cisionis quod christus hodie pro nobis digna
tus est suscipere propter causas premissas. In
quibusdam ecclesijs subdyaconi fortes ⁊ iuue
nes faciunt hodie festum. ad significandum ꝙ
in octaua resurgentium. que significat per oc-
tauam diem: qua circumcisio fiebat. nulla erit
debilis etas non senectus: non senium: nō im-
potens pueritia. sed omnes concurremus ī vi-
rum perfectum cum hoc mortale induet īmor
talitatem: ⁊ hoc corruptibile in corruptionem
vt premissum est. de hoc dicetur in. vij. ꝑte sub
festis sanctorum Stephani ⁊ Joannis. Po-
stremo notandum est ꝙ olim pagani ⁊ gētiles
in his kalendis multas superstitiones obserua
bant: quarum aliquas Aug. in quodam com-
memerat sermōe. xxvj. q. vlti. nō obseruet. Cre-
dentes enim inquit ianum quendam deum eē
eum tunc venerabantur ei duas facies figurā-
tes. vnam ante. aliam post. eo ꝙ est principiuꝫ
anni sequentis. ⁊ finis precedētis. Assumebāt
enim formas monstruosas. alij ex pellibus pe-
cudum. alij ex capitibus bestiarum. alij vestien
tes tunicas muliebres. alij auguria obseruabāt
dantes vel recipientes dyabolicas strenas. alij
mensas laute preparatas tota nocte manere si
nebant: putantes totum anni spacium conui-
uia in tali cibi habundantia perdurare que ꝓ-
hibet christianos facere.

De festo epiphanie Rrica.

Equitur festuꝫ epiphanie quod ẽ vocabulum grecũ. sonat latine manifestatio siue appitio. ꝛ ẽ idẽ cũ festo natiuitatis. nihil. n. nasci ꝓfuit nisi appa/ruisset. Uerꝫ pro triplici apparitione hodie solẽnizat ecclesia. vnde ꝛ ĩ codicibus antiquis hec dies epiphaniaꝝ pluraliter intitulatur. ꝛ ideo tripliciter nominatur. s. epiphania theophãia ꝛ betphania. Epiphania dicitur q̃tum ad illaꝫ apparitionem domini que facta est magis per stellam. Magi autem ipsi fuerũt Gaspar Melchior ꝛ Balthasar. ꝛ fuerunt reges. iuxta illud psalmi. Tibi offerrent reges munera. ꝛ iterꝫ re/ges thar. ꝛ in mu. of. re. ara. ꝛ sabba. do. addu/cent: quoꝝ corpora de mediolano in coloniaꝫ translati fuerunt. Et dicuntur magi a magnitudine scientie. per astronomiam enim cognouerunt quia stella illa non erat ex constitutis a principio. sed illa de qua balaam magister suus ꝓphetauerat. Numeri. xxiiij. Orietur stella ex Jacob ꝛ consurget virga de israhel ꝛ ð Jacob erit qui dominetur. ꝛ ideo moti sunt vt dictu illius stelle venirent in bethleem vt regem natuꝫ quem eis prophetauerat balaam adorarent.

Et dr̃ epiphania ab epi quod ẽ supra ꝛ phanos quod est apparitio: quia de sursum fuit apparitio. s. de celo. vel ab epi quod est super: quia scriptum est vsq꜄ duꝫ veniens staret supra vbi erat puer. Erat quideꝫ proximior terre q̃ȝ alie stelle. ꝛ hec facta sunt tredecima die a natiuitate domini qua die stella magos ad presepiuꝫ duxit. Et dicunt quidam ꝙ stella illa fuit spiritus sanctus qui postea descendit super dominum baptizatum in specie columbe. ꝛ ipsis magis ĩ specie stelle. Alij ꝙ fuit angelus qui apparuerat pastoribus iudeis. s. illis tanq̃ȝ ratione vtentibus in forma rationabili. Jstis vero gentilib⁹ tãq̃ȝ irrationabilibus in specie irrationabili. Alij ꝛ verius ꝙ fuit de nouo creata que peracto of/ficio suo redijt ĩ primordialẽ materiã. Alij di/cunt ꝙ cecidit in puteum: vbi adhuc dicit̃ ap/parere solis tamen virginibus. Solet autem queri quomodo taꝫ cito: videlicet infra. xiij. dies de tam remotissimis regiõibus hierusolimã venerunt: que dicitur esse in medio mũdi. Juxͣ illð psalmi. Rex noster operatus est salutem in medio terre. Dicit ysidorus ꝙ ante natiuitatem stella illis apparuit vt possent ibi esse in tẽ/pore oportuno. Jeronimus dicit ꝙ in die natalis domini primo ab eis visa est. Sed venerunt in dromedarijs. Juxta illud propheticum. Jn/undatio cameloꝝ opiet te dromedarij madiaꝫ ꝛ effa qui velocissime currunt. vnde ꝛ dicũtur a dromos quod est cursus ꝛ ares quod est vir/tus ꝛ sunt miores camelis. sed velocius currũt q̃ȝ illi. s. tm̃ ĩ vno die q̃tuꝫ eq⁹ ĩ trib⁹. Querit̃ etiã q̃re magi veniẽtes munera obtulerũt. Rn̄/deo ꝙ ſm̄ Bedam antiquit⁹ nullus ad regẽ vel dñm vacuis introibat ꝙ perse ꝛ caldei obſuãt. Secundo secundum bedam obtulerunt aurũ beate virgini propter inopie subleuationẽ. th⁹ contra stabuli fetorem. mirrham propter membrum pueri consolidationẽ. Tertio quia aurũ ad tributum: thus ad sacrificium: mirrha vero ad sepulturam pertinet. Per hec ergo tria insi/nuantur in christo regia potestas: diuina ma/iestas: ꝛ humana mortalitas. Quarto quia au/rum significat dilectionem: thus orationẽ: mirrha carnis mortificationem: q̃ tria offerre deo debemus. Secunda apparitio fuit eadẽ die in baptismo. multis tamen annis reuolutis scꝫ xiij. die tricesimi. vel tricesimi primi anni. Unde Lucas ꝛ ipse Jhesus erat incipiens quasi ãnorum. xxx. ꝛ ideo hec apparitio dicitur theophania a theos quod est deus: ꝛ phanos quod est apparitio: quia ibi tota trinitas apparuit: pater in voce: ꝛ filius in carne: ꝛ spiritus in columba Quidam autem heretici dixerunt ĩ die epipha/nie baptizari ðbere. Pro eo ꝙ christus tũc fuit baptizatus. nec dari spiritum. s. baptizato ĩ alio die. ꝛ greci eadem die baptizant. ob quam he/resim extirpandam. sancti patres decreuerunt neminem nisi in articulo necessitatis. eadẽ die baptizari debere. Tertia appitio fuit postea similiter eodem die anno reuoluto cum esset. xxx. annorum ꝛ. xiij. dierum. s. quando manifestauit se esse deum per mutationem aque in vinum: quod fuit primũ miraculum apertum ꝙ dominus fecit in chana gallilee. vel simpliciter primũ quod fecit. ꝛ hec apparitio dicit̃ betphania a bet quod est domus ꝛ phanos quod ẽ apparitio: quia ista apparitio facta fuit in domo ĩ nuptijs. De his tribus apparitionibus fit solennitas in hac die. Sed quia ecclesia non po/test perfecte de omnibus vnam ꝛ eandem dieꝫ solennizare. ideo de stella plene exequitur. ꝛ ð alijs aliquid admiscet vt notet̃ ꝙ tres fuerũt ĩ illa die apparitiones que leguntur in euãgelio tanq̃ȝ sub die eadem facte. De primo miraculo hodie vero totum cantant officium: quia in ea specialiter natiuitas dñi gẽtib⁹ est notificata.

De secundo duo responsoria cantantur. scꝫ primuꝫ. Hodie in iordane: ꝛ in columbe specie quod a pluribus ecclesijs ponitur nouũ: ꝛ ideo primuꝫ ꝛ nouum. quia baptisma est primuꝫ sa/cramentuꝫ nostre redemptionis: per quod re/formamur ꝛ similes angelis efficimur: quoruꝫ sunt nouem ordines. Bruno aũt signeñ. ep̄us corrector officij antiphonarij dixit ꝙ ĩ rñsorio in columbe specie. ꝛ in antiphona vox de celo que dicitur in octaua ad laudes: non debet eẽ

verbum istud ipsum audite. quia in baptismo
nō fuit hoc dictū a patre. sed ī transfiguratiōe.
et qui agunt festum transfigurationis cantāt
responsoriuz in quo illud continetur. q. d. Ego
sum testis ꝙ hic est ille qui promissus est ī lege
deutro. xviij. Ubi dixit Moyses ꝓphetam de
gente tua ⁊ de fratribus tuis suscitabit tibi de⁹
ipsum audietis ⁊c̄. Qui autem verba eius que
loquet̄ in noīe meo audire voluerit ego vltor
existā. De tertio vero miraculo cuz alijs cantat̄
vna antiphona. s. tribus miraculis. Beda etiaz
dicit in cōmento sup lucā. quartā apparitiōez
factam fuisse eadem die anno reuoluto cū eēt.
xxxi. annorum. s. in fractione quinqꝫ panum. ⁊
saturatione quinqꝫ milium hominum. ⁊ illa di
citur phagiphania: a phagin qđ est bucca. siue
comedere. Sz ō hac hodie nil agit̄. Propterea
quia dubitatur vtruz hoc contingeret ista die
tū quia in originali. Bede non sic legitur. tum
quia Jo. vi. vbi de hoc miraculo agitur: dicit.
Erat autem ꝓximum pascha ⁊c̄. Ideo autem
institutum fuit hac die festum de tribus mira-
culis. quia hec dies fuit antiquitus celebris in
honore augusti cesaris: propter triplicem eius
triumphum: quo suo tempore Romano impe-
rio tres regiōes subiugauit. s. parthian. egyptū
⁊ mediam. Illam ergo celebritatem ecclesia in
melius cōmutauit: videlicz ad celebrādū xp̄o
pro eius triplici miraculo. In quibusdaz ec-
clesijs nō dicitur hac die ad nocturnos dn̄e la.
me. a. nec deus in adiutorium nec gloria patri.
nec hymnus. ad notandum ꝓmptitudinē gen
tiuz q̄ stati stella appente venerunt ex arrupto:
ergo ad nocturnos venitur quasi ipso facto di
cat ecclesia. quibus non est narratum de eo ve
niebant: ⁊ qui non audierūt contemplati sunt.
ysa. liij. c. Uel potest dici ꝙ in hoc festo fit preci
pue mentio de gentiliuz conuersione: quos illi
tres magi inicialiter precesserunt. Quia ergo
conuersio ipsoꝝ gentiliuz adhuc erat impfecta
quia in paucissimis. s. in ipsis tribus magis. ic-
circo in signuz huius ecclesia ommittit cātica
que iam conuersoꝝ seu perfectoꝝ esse vident̄.
sicut gloria patri: hymnum ⁊ huiusmodi. Hac
etiam de causa non premittitur. domine labia
mea a. nec deus in adiutorium. quia secunduz
apostolum. Corde creditur ad iusticiaz. s. p̄us
ore autem confessio fit ad salutem. scz postea.
Inuitatorium etiam non dicitur propter q̄
tuoꝝ rationes. Primo ad ostendendum ꝙ ec-
clesia in primitiis suis venit de gentib⁹ ad dn̄m
non inuitata vel vocata per preconem aliquez
sed sola stella duce. Iuxta illud nemo nos con
duxit: vt sic incuciat̄ erubescentia eis qui tarđ
credunt cū multos habeāt p̄dicatores. Magi
enim non vocati venerunt adorare christum.

Secundo vt nos quotidie inuitamur ⁊ ex-
citamur ad orandum et deprecandum deum
videamur detestari inuitationem fraudulentā
herodis dicentis magis. Ite ⁊ interrogate dili
genter de puero ⁊c̄. Tertia est causa quia ip
sa res nos inuitat. s. stella per quam significat̄.
fides. que ducit nos ad deum: ⁊ illuminat nos
in nocte huius seculi. Quarta quia p̄s veni-
te qui idem dicit. dicitur in nocturnis ⁊ sic idē
repeti videretur. Licet ergo hac die non dicat̄
inuitatorium tamen p̄s. inuitatorius. s. venite
exultemus. in tertio nocturno ad septimam an
tiphonam dicitur ad ostendendū ꝙ ī tertio tē-
pore. s. gratie sufficienter inuitata est ecclesia
de gentibus. ⁊ nullus se excusare potest quia ī
omnem terram exiuit sonus eorum. xix. di. ita
⁊ quia tertio tempore. s. gratie data est vnifor-
mis gratia in plenitudine. Dicitur quoqꝫ ad
septimam antiphonam ad notanduz ꝙ per ba
ptismū dat̄ spiritus septiformis ꝑ ebdomadaz
dicitur inuitatorium in persona magoruz alijs
que viderant nunciantium. Legunt̄ āt tres
lectienes de ysa. qui expressius loquit̄ đ christi
natiuitate. de qua siue de nati apparitione hoc
festuz est. Sed queritur quare in quibusdaz
ecclesijs in principio tertij nocturni huius festi
canitur p̄s. Deus noster refugiū cū antiphona
Fluminis ⁊c̄. cuz ipse precedat in ordine psal-
terij. vltimū psalmū prime nocturne ⁊ omnes
secunde. Respondeo tertiuz nocturnū recolit
nouum. t. quod est tempus gratie. qua propter
hoc tertium nocturnum habet. in capite anti-
phonaz. Fluminis. que cum dicto p̄s. nouum
tangit testamentum. ⁊ ideo dictus p̄s. tunc et
non prius dicitur. Propterea antyphona ipsa
habet alleluya: quod non ponitur in antipho-
nis prime vel secunde nocturne. vt dictum est
sub natali. Rursus ideo ponitur in. vij. loco qꝛ
pertinet ad septiformē gratie spiritum per vim
baptismi collatum. Sequentes etiam antipho
ne cum suis psalmis nouū indicant testamētū
⁊ hi tres p̄s. mōstrant cōmotionez gētiū cōtra
predicationem apostoloꝝ. subuersionē idoloꝝ
⁊ conuersionem fidelium. Romana tn̄ ecclia
dictam antiphonam. Fluminis cum suo psal-
mo ponit ī prio nocturno. ⁊ p̄s. venite ī tertio.
sm̄ rectum ordinatum: ⁊ naturalem ordinem
psalmoꝝ ⁊ congrue: qꝛ gentes tp̄e grē venerūt
ad fidem. ⁊ attende ꝙ antyphone in prima pa-
rochia siue nocturna continent sacerdotes. et
secunda reges: in tertia vsqꝫ ad āgelos ꝑuenit̄.
Post tertium nocturnum statim cantatur
euangelium Luc. Factum est autē in quo de
baptismo saluatoris plene agit. ⁊ eius genealo
giam describit. quia vt premissuz est hoc festuz
de natiuitate est. Notādū āt est ꝙ Mathe⁹

In euangelio Liber generationis enumerat ge
nerationem illam incipiens ab Abraham descē
dendo vsq ad Joseph virum marie. de qua natus
est Jhesus rc. ostendēs per hoc qp a summo ce
lo fuit egressio eius. et qualiter dominus ad nos
descendit. Similiter ysaias. xi. dona spiritus san
cti enumerans. vltimo ponens timorem dicit.
et repleuit eum spiritus timoris domini: sed lu
cas in hoc euangelio. Cum factum esset. illam
enumerat ascendendo: quia post baptismum
eam enumerat: nec sistit in Abraham: sed in ea
dem vsq ad deum procedit per gradus sic: qui
fuit Hely ostendens per hoc qp a baptismo iter
est ad deum: sed hoc quasi per quosdam gradus
virtutum: qui significantur per patres gradati
ordinatos et tangit filios secundum legē nō se
cundum naturam sic: qui fuit Nathan: qui fu
it dauid. supple filius. s. adoptiuus. Una ergo
generatio describitur descendēdo: altera ascē
dendo: quoniam vna carnalis. altera spiritua
lis. In vna ponitur genuit. vbi carnalis et tem
poralis successio exprimitur. In altera ponit qui
fuit: vt notetur spiritualis generationis adop
tio. et ascribitur descendendo. vt notetur spi
ritualis ascensus. prima terminata est in virgi
nis partu. secunda nobis inchoata est per bap
tismū. Tria ergo sunt euangelia huius solen
nitatis. vnum est de baptismo. s. Factum ē. se
cundum de magis. s. Cum natus esset Jhesus.
quod dicitur in missa. et ibi dicitur sicut eis scri
ptum est per prophetam. s. micheam. c. v. Ter
tium est de nuptijs. quod dicitur in dominica
sequenti post festum hilarij. Sane premissa
duo euangelia de generatione christi. ī nocte
dicuntur: vnum in natiuitate: alterū in epipha
nia: quia vtraq christi generatio fuit in nocte
idest obscura. et prior sensibus non intellecta.
De hoc etiam sub natali dictum est. Post euā
gelium ecclesia exultando dicit. Te deum lau
damus. Paruz ergo agitur de baptismo do
mini in nocturnali officio: sed suppletur in oc
taua in qua agitur de apparitione facta in bap
tismo. presertim ī antiphonis laudū que ostē
dunt effectum baptismi ī nobis. s. vt baptizare
mur: vt a peccatis per nostrum lauacrum ablu
amur. Omnes enim vnius et septimi toni sunt.
vnius ad notandum ecclesie vnitatem. in qua
solum baptisma prodesse potest. septimi ad no
tandum qp in baptismo datur septiformis gra
tia spiritus sancti. vel quia per baptismum per
uenitur ad septimā etatem quiescentium. Si
enim aliquis statim post baptismū digne acce
ptum decedat. mox recipit primā stolam q̄ dat
in septima etate. i. in secunda vespera. Antipho
na vero ad magnificat est octaui toni: quia in
vespera mundi nobis dabitur stola secunda. i.
gloria corporis quā in octaua etate nos recep
turos speramus. Duplex est enim mundi vespe
ra. Prima est sexta etas. secundum quod dns
dicitur in vespere mūdi natus. Juxta illud ver
gente mundi vespere. Secunda est finis mun
di ī qua vel postq dabitur nobis gloria carnis
de qua dicitur ad vesperaz demorabitur fletus.
Nam vsq tunc erit fletus miserie nostre: sz tūc
erit finis. Dicitur etiam ad horas capitulū illud
Surge illuminare. et illud super te autē. et illud.
Jnundatio que sunt ysa. lx. c. Missa siue di
urnum officium similiter pertinet ad primū pn
cipale. et precipuum miraculum. s. ad primicias
gentium. et ad munera magorum. et ad christi na
tiuitatē. Unde introitus q̄ sumitur de ysa. lz nō
sit ibi continue est. Ecce aduenit rc. Ecclesia ei
de gentibus electa pro suo vocationis initio gau
dens gratiosum laudis preconium offert deo
pro sua salute. d. Ecce rc. q. d. Ecce in propatu
lo est qp dominus natura dominator effectu ad
uenit. i. ad nos venit. i. carnem assumpsit. velud
alludamus presenti diei ad nos venit. i. q in car
ne latebat per multa signa deus esse apparuit:
vt per stellam. per magorum munera. per vocē pa
ternam. et per spiritum sanctum in columba. et
propter hoc vtitur aduerbio demonstrandi. ec
ce ostendens apparitionem filij dei quasi ad o
culum per premissa. Epistola. Surge et illu
minare. et grad. Omnes de sabba rc. sunt de eo
dem. et sumuntur de ysa. lx. c. et euangelium de
eodē. s. Cum natus esset Jhesus rc. qd ē Ma
thei. ij. c. Ex quo sumūtur alleluya et cōmunio.
Sicut autem matutino officio fit suppletio in
octaua: vt iam tactum est. ita et de misse officio
simpliciter fit suppletio. Nam introitus misse
hodierne notat gaudium gentium de aduētu
saluatoris exultantium. et in collecta hortātur
gentes ad contemplandam eius speciē perue
nire quā per fidē cognouerunt. Reliquū totum
est de miraculo huius diei. s. de gentibus p stel
lam ductis. Non est etiam pretermittendum
qp in italia in missa huius diei futurum pascha po
pulis annunciatur. Sacerdotes nanq. vel alius
post offertorium dicit alta voce annuntio cari
tati vestre gaudiū magnum quod erit omni po
pulo: quia. lxx. erit tali die. et pascha tali. In
concilio vero Bracharen. de con. di. iij. placu
it. ij. ita legitur placuit: vt postq omnia in con
cilio sacerdotum fuerint ordinata super ventu
rum ipsius anni pascha quo kalēdarum die. i. quo
die ante vel post kalendas. vel quota luna de
beat suscipi a metropolitano episcopo intime
tur. qp ceteri episcopi. vel reliquus clerus breui
culo subnotantes. vnusquisq ī sua ecclesia ad
ueniente natali domini die post euangelicam
lectionem populo annuntient. hoc tamen nō

vbiq; seruatur: Rursus in concilio Cartagi. e. di. placuit. i. statutũ est vt dies pasce formatarum. s. litterarum subscriptione omnibus intimetur. Dies vero concilij. xi. kalendis nouembris seruetur. Quidam autem vltramontani episcopi in synodo quam celebrant die mercurij proximiori festo beati luce premissa annunciant. Quidam asserunt in vigilia epiphanie ieiunandum fore. eo ꝙ sibi proprium officiũ appropriatur. ⁊ alleluya in officio nisi in dominica interueniat subticetur. ⁊ dicitur euangeliũ defuncto herode: ꝙ est Mathei. ij. c.

De octaua epiphanie rubrica.

In octaua epiphanie in omni cantu ⁊ in lectione ysa. que legitur pro epistola. s. domine deus meus agitur de baptismo. Unde ibi dicitur. Exultent solitudines iordanis. ideo quia in iordane vim regeneratiuam dominus contulit aquis instituendo baptismũ. ⁊ quia gentes que a deo pri⁹ erãt quasi in solitudine deserti ad eum redeunt. Octaua ergo epiphanie suppletionis est: vt ĩ ti. precedenti dictum est: quia sicut in festo recolimus quomodo christus baptizatus est. ita in octaua rem propter quã baptizatus est. quod antiphone illius diei ostendunt. In octaua igitur de secundo epiphanie miraculo. s. de baptismo iubilatur: vt in antiphona veterem hominẽ. ⁊ ceteris que sequuntur: que quia translate sunt de greco in latinum. grauius continent in dictamine ideoma. ⁊ sunt de septimo tono: quia pertinent ad baptismũ vbi septiformis gratia spiritus sancti operatur. ⁊ sunt nouem: quoniam per ianuã baptismi perueniemus ad cõsortium nouem angelorum. Sunt tamen octo de hoc expressius agentes propter veram octauam ad quam baptisma ducit. Et merito baptismi officium ad octauam differtur: quia vicẽ tenet circũcisionis que in octaua celebratur. ⁊ cantatur hac die inuitatorium: quia predicantibus apostolis ad baptismũ sunt homines inuitati. Quedam vero ecclesie dicunt hac die ad missam euangeliũ. Uenit Jhesus a galilea qđ est Mathei. iij. c. Alij dicunt. Uidit Joannes Jhesum venientem ad se quod est Jo. c. i. que ambo pertinent ad litteram: ad baptismũ christi. ⁊ epistolam. Surge illuminare.

De prima dominica post epiphaniam ℞.

De prima dominica post epiphaniã. s. infra octauas dicturi. premittimus ꝙ ab epiphania vsq; ad. lxx. possunt esse sex dñice ad plus. ⁊ vna ad minus. In quib⁹ omnibus intendit ecclesia in nocturnis officiis ostendere apparitionẽ dñi: vt stella oriat̃ in nobis que ducat nos in bethleem superiorem ⁊ fere oĩa q̃ hoc tp̃e dicũtur ad gaudiũ ptinẽt. Ueruntamen non nisi tres ex ipsis dominicis propriũ habẽt officiũ. ⁊ ideo qñ quatuor sunt aut plures sequens officiũ dicitur in quibusdã ecclesijs. in prima dñica post octauas. qñ vero sunt tres dominice tantum. dicitur in dominica infra octauas. In hac ergo dominica. s. infra octauas monet nos ecclesia in introitu: vt offeramus domino aurũ: quia rex regum est. et thus: quia deus deorũ. ⁊ hoc idem facit in duabus sequentibus: ⁊ est ĩtroit⁹. In excelso throno vidi sedere virũ quem adorat multitudo angelorũ: quod sumptum est de illo loco ysa. Uidi dominum sedentem super solium excelsũ ⁊c̃. ꝙ ei hic dicit thronũ dic ibi soliũ qđ idẽ ẽ. ⁊ qđ dicitur hic multitudo angelorũ idem est. etiam ꝙ dicitur in ysa. ꝙ angeli canebant. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Sanẽ thronus excelsus est ecclesia in qua sedet deus qui monet nos vt adoremus christum sicut verũ regem. Epistola vero monet nos vt offeramus mirrhã dicẽs. Obsecro vos per misericordiã dei vt exhibeat̃ corpora vestra hostiã viuentẽ sanctã deo placentẽ ⁊c̃. ad Ro. xij. c. ⁊ per hoc ostenditur mirrha: que intelligitur in carnis mortificatione.

Euangelium est de apparitiõe domini. Cũ factus esset Jhesus annorũ. xij. ⁊c̃. Luc. ij. c. vbi sequitur mater eius inuenit eum in templo disputantem cum sapientibus ⁊ docẽtẽ. Potest etiam dici ꝙ ad hoc vt efficiamur thron⁹ quo domin⁹ sedeat. tria sunt nobis necessaria: mũdicia carnis: humilitas mentis: ⁊ exultatio ĩ domino. Ad mundiciam carnis inuitamur in epistola vbi dicitur. Obsecro vos ⁊c̃. vt. s. Ad humilitatẽ mentis in euangelio xpi exemplo. de quo ibi legitur ꝙ parentibus subditus erat. ad exultationẽ in domino in graduali in quo benedicimus domino qui facit mirabilia solus. ⁊ in alleluya ⁊ in offertorio in quo domino iubilare debemur. Interest tñ inter alleluya ⁊ offertoriũ: qr in alleluya tñ semel dicit̃ iubilate deo oĩs terra. in offertorio ãt geminat̃ sub diuersa melodia. ad notandũ ꝙ in gaudio dñi crescere debemus: qr sum⁹ misticũ corp⁹. vñ in euangelio dicit̃. Puer autẽ crescebat ⁊c̃. In cõione q̃ est Luc. ij. notatur xpi humanitas. secundũ

quã vocat eum filium. ⁊ quasi increpans dicit. fili quid fecisti nobis. sic ⁊ etiam deitas secundum quam ipse dicit. nesciebatis: quia in his q̃ sunt patris mei oportet me esse.

De dominica secunda post epiphaniam ℟.

In hac secũda dominica q̃ ẽ prima post octauas ⁊ in sequentibus dominicis cantatur in quibusdam ecclesiis ad vesperas ĩ sabbatis responsorium. Peccata mea domine sicut sagitte infixa sunt in me: sed ante q̃ꝫ vulnera generent in me. i. peccata alia sana me ⁊c̃. ⁊ propter eandem causam dicitur in primo responsorio matutinali. Domine ne in ira. Ostendit enĩ ecclesia suis filijs penas ignis purgatorij ⁊ inferni: quia comedendus est agnus paschalis cum lactucis agrestibus. ⁊ vt molamur inter duas molas spem. s. ⁊ timorez. Quia vero intendit ecclesia nobis manifestare fidem filij dei vt dictum est. quod fit meli⁹ per epistolas Pauli. ⁊ p̃s. ideo legunt̃ ipse epistole. ⁊ psalmi cantantur. Omnia enim fere respõsoria ab octauis epiphanie vsq̃ꝫ ad. lxx. sunt de dauid ñ de bellis: sed de psalmis. In quibus instruimur de bonis operibus: quia fides sine operib⁹ mortua est. extra de sa. vnc. c. i. ⁊ quia maxime ĩ psalmis dei misericordiam imploramus. ⁊ propter hoc quidam legunt de psalmis hoc tempore vt sic responsoria lectionibus correspondeant: sꝫ certe psalmi legi non debent: nisi prout quidaz faciunt triduo ante pascha. Et nota q̄ pene omnia responsoria dominicaꝝ huius tempori vsq̃ꝫ ad. lxx. sumuntur de nocturno dominicali. ⁊ de quinq̃ꝫ psalmis que sequuntur. s. De⁹ deus meus respice. ⁊ alijs responsorijs secunde ferie. similiter de eius nocturno sumuntur. ⁊ ita fere de omnib⁹ alijs. Epistole vero Pauli legũtur. primo quia ipse pre ceteris de fide locutus est. per quam quasi per stellam christus cognoscitur. In illis enim ad penitentiaz reuocamur Secundo quia sicut prophete nasciturꝝ dominum predixerunt. ⁊ maxime ysa. vnde ysayam ante natiuitatez domini legimus. ita ⁊ apostoli deum natum predicauerunt. ⁊ maxime Paulus qui plus alijs laborauit. Unde eius epistolas post natiuitatem legimus christum natum ostendentes. Breuiter autem notanduz est q̄ pro natiuitate saluatoris varijs modis a die natiuitatis vsq̃ꝫ ad octauam epiphanie ostensa exultauimus. Uex quia exultationem que esse debuit spirituales pene omnes conuertimus ĩ carnalem: cõmessationibus: ebrietatibus: ⁊ ociis inutilibus vacantes. inde est q̄ in hac dñica que est prima post octauam epiphanie in officio nocturno historiam. domine ne in ira ⁊c̃. cantamus. in qua domini misericordiam implo ramus. ⁊ per penitentie lamentum peccata defleimus. ⁊ quia quolibet die peccamus. ideo q̃libet dies sua debet habere specialia officia. s. respõsoria. Dies ergo dominicus habet sua. s. nouem. Et secunda feria habere debet sua. s. tria. ⁊ sic de alijs. Sicut enim in ebdomada ante natiuitatem ad notandum saluatoris desideriuz singulis diebus singula responsoria. ⁊ singulas antiphonas in laudibus cãtauimus: ita ad notandum planctum nostruz ⁊ desiderium penitendi singulis diebus post octauas epiphanie propria responsoria deputamus. ⁊ tam in nocturnis psalmis. q̃ꝫ in laudibus matutinis quolibet die dicimus antiphonas speciales que feriales dicuntur: quia ille tantum in ferialib⁹ diebus vel noctibus cantantur nisi festum impediat. excepto tampore quod est a pascha vꝫ ad octauas penthecostes. Circa misse officiuz sciendum est q̄ introitus huius dominice est. Omnis terra ⁊c̃. Et dicitur ad idem quod ⁊ aliud officium. s. ad ostendendum apparitionez. Sed istud totum plenum est hac voce. Jubilate propter inuocationem nostraz: quia nouus rex noua lex. Apoc. Ecce noua facio omnia. Rursus ideo in hac dominica canitur oĩs terra ⁊c̃. quõ. Augustus cesar ad gloriã imperij romani iussit vt de singulis ciuitatibus orbis aliq̃s romã veniret. afferens inde tm̃ terre q̃ꝫtum pugnus claudere posset: vt per hoc appareret. omnes romano imperio fore subiectos. ex qua terra facta est in vrbe quidam monticulus sup quẽ fabricata fuit q̃dã eccl'ia a romãis ad fidez conuersis q̃ fuit in hac dominica dedicata: q̄ ergo monticulus ille de omni terra factus est. ideo in festo dedicationis illius ecclesie sup illũ constructe cantatur omnis terra ⁊c̃. ⁊ sicut cesar Augustus ab omnibus mundi p̃tibus adorabatur a quibus terra illa apportata fuit. ita d̃us ab omni terra. i. ab omnibus hominibus siue ab omni genere hominum adoratur. Beatus quoq̃ꝫ Gre. tali die pacem fecit in orbe. et propter hoc in collecta huius diei posuit. ⁊ pacem tuam nostris concede temporibus. Hãc igitur pacem ⁊ christi veram adorationem operatur vera dilectio proximi ad quaz inuitamur in epistola. habentes donationes ⁊c̃. ad ro. xij. c. In qua monemur vt donatiões a christo habitas ad alioꝝ edificationẽ exerceamus. Unde ibi dicitur necessitatibus sanctoꝝ cõicantes. Ad idẽ etiã in euangelio inuitamur exẽplo dñi q̃ sicut ibi legitur in nuptijs mutans aquã in vinuz. ⁊ magna miracula faciens necessitatibus

eoꝝ subuenit: quoꝝ intererat conuiuantibꝰ ministrare. Sed epistola non videtur conuenire ministerio euangelij: quod est. Nuptie facte sunt in chana galilee. Jo. ij. c. Sed bene cõuenit: quia ad confirmationẽ nostram facta sunt miracula. ⁊ dona data nobis. ⁊ tanꝙ in nuptijs spiritualibus apponit apostolus. xx. vercula principalia dicens. siue prophetiam secundum rationẽ fidei ⁊c̃. chana enim zelus interpretatur: galilea transmigratio: quia igiẗ nuptie facte sunt in chana galilee. significat ꝙ in corde illius qui zelum. i. ardentẽ amorem habet transmigrandi de vicijs ad virtutes de mundo ad patrem. de terra ad celum fiunt nuptie. ⁊ christus dominꝰ ibi est cum matre sua. hoc est enim de primis letitijs in illo corde vbi fiunt nuptie ꝙ christꝰ natus est de virgine. ibi mutatur aqua in vinuz. i. insipiditas opeꝝ in letitiam spiritualem. Ad has siquidem nuptias celebrãdas Jnno. papa iij statuit hac die stationez apud venerabile hospitale spiritus sancti fieri. vbi tanꝙ ĩ chana galilee est zelus transmigrandi de vicijs ad virtutes. ibi siquidem posite sunt sex ydrie. i. instituta sunt. ⁊ perfectissime exercẽtur sex opera misericordie: que sunt pascere esurientẽ: potare sitientem: colligere hospitem: vestire nudũ: visitare infirmũ: adire incarceratum: ⁊ mortuuz sepelire. ⁊ est ibi mater Jhesu: quoniam in honorem beatissime marie virginis: illius loci est ecclesia dedicata. Jnuitatur etiam ⁊ filius eiꝰ ihesus cum discipulis ad has nuptias: quoniã effigies ihesu christi que sudariũ siue veronica vulgariter appellatur. hac die ex institutione eiusdem Jnno. a domino papa ⁊ cardinalibus populis fidelibus ad has nuptias pietatis ⁊ misericordie celebrandas. illic conuenientibus ibi solenniter demonstratur. Jn offertorio aũt quasi pre gaudio coreizamꝰ ꝙ spiritualis facit ebrietas. geminantes verba tam ĩ offertorio ꝙ in eius versibus. Geminamus enim illud. Jubilate deo omnis terra. similiter illud Reddã tibi vota mea. ⁊ illud locutum est os meũ in tribulatione mea. Duo enim sunt genera hominuz verba geminantium vel multiplicantiũ. s. coreizantes ⁊ infirmantes siue afflicti. Coreizantes vt hic. infirmantes vt in versibus offertorij. vir erat in terra quod cantatur in dominica vicesima prima post penthecosten. Sed in hoc ẽ differentia: quia bis tam in offertorio ꝙ ĩ versibꝰ duplicamus verba. ibi vero tantum in versibus quasi ridiculose geminantur. Et est ratio quia institutor officij loquitur ibi in offertorio tanꝙ historiographus rem simpliciter narrans. ⁊ tãꝙ non egrotãs. de Job ĩ tertia persona loqueñ cuius pacientia nobis in exemplum cõmendatur: in versibus vero eiusdem offertorij loquiẗ tanꝙ infirmus pre dolore multiplicans verba dicens: vtinã appenderentur peccata mea ⁊c̃. Egrotanti enim loqui conanti verba intercipiunẗ. ⁊ sepe ĩcepta vix efferuntur. reducens nobis ad memoriam Job egrotantem ⁊ dolentẽ cuius verba sepe repetit more egrotãtis cui anhelitus non est sanus neꝙ fortis. ⁊ ideo imperfecta verba sepe repetere solet. geminantur etiam verba in offertorio: quod dicitur in dominica quinquagesime. ⁊ ĩ illo quod dicitur feria quinta post secũdã dominicã quadragesime. Jdeo autẽ hoc precipue fit in offertorio: quia ĩ eo precipue ostenditur offerentis affectus. Jn post cõione dicit dominus Jo. ij. c. mistice ostendit ꝙ dominus aquam in vinum mutat in nobis. s. aquam timoris in vinuz diuini amoris. aquam littere in vinum spiritualis intelligẽtie. aquam mortalitatis in vinum ĩmortalitatis.

De dominica tertia post epiphaniaz Rica.

Tertia dominica post epiphãiã nos monet cum angelis adorare vnum regem. d. in introitu. Adorate dominũ omẽs angeli eius ⁊c̃. Monet etiam nos adorare cum ipsis: quia dixit Joanni angelus in apoc. Cõseruus tuus sum ⁊ fratruz tuoꝝ. Sequitur ibi audiuit ⁊ letata est syon. i. ecclesia. Et nota ꝙ iste inrtoitus habet in se festuz ypopantis quando est secundus ab octaua semper. vel ipsum contingit nisi. lxx. impediat. Jnde est ꝙ verba huius ĩtroitus cum verbis inuitatorij illius festiuitatis cõueniunt. Jn introitu nanꝙ dicitur. Audiuit ⁊ letata est syon. in inuitatorio vero dicitur. Gaude ⁊ letare syon. occurrens deo tuo. quibus etiam conueniunt verba responsorij illius festi. s. Adorna thalamũ tuum syon. Euangelium. Cũ descendisset ihesus. Mathei. viij. c. est de sanatione leprosi. vbi dicitur domĩe si vis potes me mundare ecce fides. vnde dixit ei volo mundare. Sed epistola que est Nolite esse prudentes ⁊c̃ ad Ro. xij. c. non videtur concordare euangelio: sed bene concordat ⁊ cõpetit mistico sensui vel intellectui. Nam sanatio leprosi significat ꝙ deus vult sanare nos lepra volatili: q̃ ẽ heretica prauitas que euolat per totum munduz. ⁊ ab omni alia lepra. i. ab omni peccato. p stellã i. per fidem natiuitatis ⁊ apparitionis. huic intellectui concordat epistola ⁊ primã lepram remouet cum dicit Nolite esse prudentes apud vosmetipsos hoc solum est causa heresis ꝙ homo vult proprio sensui inniti intelligentia scripturaꝝ: extra de consti. c. ij. xxxvij. di. relatum.

Aliā leprā remouet cū dicit. Nulli malū ꝓ ma-
lo reddentes: sed si esurierit inimicus tuus ciba
illū ⁊c. Pōt etiā dici ꝙ in officio huius domi-
nice inuitant angeli ad domini oratiōez ꝓ sua
reintegratione q̄ est in conuersiōe iudeoꝝ ⁊ gē
tiliū. vnde in graduali causa redditur. Ad con-
uersionē gentiliū pertinet quod dicitur. Time
bunt gentes nomen tuum ⁊c. ad conuersionez
iudeoꝝ ꝙ dicitur: quia edificauit dominꝰ syon
pro hac reintegratione dicitur in alleluya. ado
rate dominū omnes angeli eius. Ad idē etiam
pertinet euangelium in quo agitur de curatōe
leprosi sub figura iudaici populi. ⁊ de curatiōe
centurionis sub figura gentilis populi a domi-
no spiritualiter curati. ⁊ cū vtriusqꝫ populi cu-
ratione operatur dilectio proximi. ideo in epi-
stola inuitamur ad eā. vbi dicitur ne reddamꝰ
malū pro malo: sed bona corā deo ⁊ hominibꝰ
exhibeamus. In offertorio ecclesia de vtro-
qꝫ populo collecta deuz laudat. d. Dextera dn̄i
fecit virtutē ⁊c. Et quia christus vsqꝫ in diez iu
dicij quantū est ad corpus misticum sempꝫ au-
getur. ideo cantatur cōio in pluribus ecclesijs.
Puer ihesus crescebat ⁊c. licet in alijs dicatur.
Mirabantur omnes ⁊c. Luc. iiij. c. Christꝰ eiz
paruulus fuit cū a paucis iudeis cognoscebat.
⁊ creuit: quia non tantum a iudeis: sed etiam a
gentibus cognitus est. Illud autē mirabantur
omnes ⁊c. satis bene conuenit: quia iudei ⁊ gē
tiles videntes mirabilia eius ⁊ audientes dōa
admirantes conuertebantur. Sane officia
precedentiū trium dominicaꝝ quidā referunt
ad tres annos quibus dicunt dominū post ba
ptismū predicasse. ⁊ diuinitatē suā miraculis ō
clarasse. Dicunt enim eū tribus annis predicas
se. ⁊ partē quarti anni quantū est a natiuitate
vsqꝫ ad passionē. primū officiū referunt ad hoc
ꝙ angeli legunt ministrasse domino post bap
tismū. ⁊ post ieiunium. ⁊ post dyaboli tentatio
nē. vnde in officio illo dicitur. Quē adorat an-
geloꝝ multitudo: quia ergo angeli in principio
istoꝝ trium annoꝝ statim post baptismū: post
tentationē angeli accesserunt ei ministrantes.
ideo post epiphaniā in dominica que occurrit
intra octauas cantatur in introitu in excelso. ⁊
legitur euangelium. Cum factus esset Jhesus
annoꝝ duodecim. Et bene congruit vt illud pꝰ
duodecimā diem natiuitatis proxima domini
ca legatur: ꝙ post anno. xij. constat esse pactū.
⁊ si necesse fuerit etiā in sequenti dominica re-
petatur. Secundū officiū dicunt esse de mira-
culis: quian in secundo anno miraculis mani-
festus coruscauit. ⁊ ideo in secūda dominica le
gitur epistola: in qua gratiaꝝ dona scribuntur.
⁊ euangelium de initio signoꝝ domini recitat
Quod etiam ea congruit ratione: quia hoc mi-
raculum secundo baptismatis anno legitur eē
peractum. quo quia littere in spiritū. terre in ce
lum corruptibilis in incorruptibile mutatio fi-
guratur. ideo ꝙ omnis terra deuz adoret in in-
troitu iubilatur. Tertium officium dicunt esse
de conuersione gentium ⁊ iudeoꝝ prout iā di-
ctum est: quia enim in tertio anno sua nos pas
sione redemit. per quā vtrunqꝫ populū ab eter
na infirmitate curauit. ideo legitur euangeliuz
de infirmo ⁊ leproso curatis. propter quod fit
in cantibus verboꝝ geminatio: vt in introitu le
tata est syon. ⁊. e. f. i. ⁊ in graduali timebunt gē
tes ⁊ reges. ⁊ in alleluya. Exultet terra ⁊ letent
insule. ⁊ in offertorio. Dextra domini. ⁊ quia ꝑ
vtriusqꝫ populi curationē adauctus est nume-
rus angeloꝝ. ideo in introitu inuitantur ad lau
des cum dicit. Adorate ⁊c. qꝛ vero non sanat
putridus humor: nisi ōponatur supbie tumor.
ideo dicitur in epistola vt ad exemplū xp̄i paci-
entis ⁊ non percutientis. non simus malū pro
malo reddentes. Hec quidē tria officia nobis
insinuant xp̄i beneficia nobis prestita ad letifi
candū corda nostra. Unde cantamus in offer
torijs. Jubilate. Jubilandū eniz est ꝙ nos edu-
xit de claustris inferni. ⁊ liberauit de inferno i-
feriori. Quartum autē euangelium in quo agi-
tur de dormitione domini in nauicula. ⁊ de ex
citatione ad illā partē anni referunt in quo do
minus obijt ⁊ resurrexit. Dormitio nanqꝫ do-
mini in nauicula est eius dormitio ī cruce ⁊ eiꝰ
excitatio est eius resurrectio. quā suoꝝ vota ci-
tius fieri exegerunt. Quintum euangelium ad
hoc refertur ꝙ post domini resurrectionē sen-
sum suis aperuit vt scripturas intelligerent. vn
de in eo grates refert patri qui reuelauit eas p-
uulis: ⁊ abscondita sapientibus huius seculi.

Omnes autē epistole huius temporis ad di
lectionē xp̄i pertinent: que facit vt simus inui-
cē xp̄i mēbra. Unde dicitur ī prima epistola. s.
que legitur in prima dominica post octauaz ꝙ
donationes nobis a deo datas ad edificatiōez
alioꝝ exerceamus. in hac secunda dicit ne ma
lum pro malo reddamus. in tertia dicitur vt in
uicē diligamus. in quarta dicitur vt viscera mi
sericordie habeamus. Quod vero dicitur in q̄n
ta. hoc facit vt prelatis humiliter subiaceamur
exemplo xp̄i qui parentibus subiectus fuit.
Itez quod dicit in primo euangelio. s. quod le
gitur ī prima dominica post octauā. hic aquaz
nobis conuertit in vinum: quod in secundo le
pram peccati tollit. quod in tertio dominū dor
mientē excitat in nobis. quod in quarto nobis
secreta reuelat. Pōt etiā ⁊ aliter dici ꝙ sicut
a die natalis vsqꝫ ad epiphaniā apparuit ex offi
cijs humanitas saluatoris. sic ⁊ in his tribꝰ do-
minicalibus officijs diuītas manifestat eiusdē

Nam in prime dominice euãgelio dicitur: nesciebatis qꝛ in his que patris mei sunt oportet me esse. in quo dominus manifeste declarat se esse deum illum. s. cui milia milium seruiunt angeloꝝ: propter quod in introitu dicitur. ꝙ eum adorat multitudo angeloꝝ. In graduali collaudant. ⁊ ad idem in alleluya. ⁊ offerto. terram inuitant dicentes. Jubilate deo omnis terra. Sed quia laus saluatoris non bene sonat in labijs peccatoꝝ. ideo apostolus in epistula ꝓhortatur. ⁊ obsecrat vite sanctimoniaꝫ. Cõmunio vero consonat euangelio. In secunde vero dominice euangelio dicitur. ꝙ dominꝰ ad nuptias inuitatus aquã conuertit in vinuꝫ: quod fuit magnũ sue diuinitatis indiciũ. Solus eniꝫ deus potest naturã mutare. ⁊ nostrum corruptibile in gloriã reparare: propter quod omnis terra eum adoret psallat ⁊ iubilet: cõfiteatur et laudet. ⁊ angelos ad laudandum inuitat: vt apparet in introitu: grad. alleluya ⁊ offer. Cõmunio vero consonat euangelio. In tertie dominice euangelio dicens dominus: volo mundare benignitatem ⁊ partẽ sue diuinitatis ostẽdit. Unde leprosus mundatus quasi coraula: tam angelos qꝫ homines ad dominum adorãdũ inuitat dicens in inttoitu. Adorate domiũꝫ ⁊ in gradua. Timebunt gentes. In alleluya vero ⁊ in offertorio dicẽs dextra domini causam reddit. Cõmunio consonat euangelio. Ecce qꝫ euidenter in his tribus dominicalibus officijs diuinitas apparet que vt premissuꝫ est tres sunt. quia tribus annis dominus predicauit.

Sunt quoqꝫ nonnulli qui totum huius tẽporis spaciũ. s. a natali vsqꝫ ad purificationẽ ascribũt infantie saluatoris. Ideoqꝫ non debent in eo: vt autẽ fieri cõmemorationes sanctoꝝ: maxie de cruce vt obijciatur non coquas eduꝫ ĩ lacte matris. ⁊ propter hoc etiam in vigilijs nocturnis de nouo legitur testamento propter presentem vitam eiusdem hominis christi quam dies isti significant. Magnus quoqꝫ preco vel ꝑceptor sancte natiuitatis paulus in legentium manus accedit. qui cum veteri lege nonã conferens gratiaꝫ legẽ sanctoꝝ deprimebat. ⁊ legẽ fidei cum palma iusticie subleuabat. Et est hoc tempus quedã. xl. xp̃i constans ex duobus perfectis numeris. s. ex senario duplicato ⁊ . xxviij. Duplicitas senarij duplicẽ significat perfectionem. s. humanitatem corporis: ⁊ diuinitatem anime. vnitas maioris numeri: perfecti diuinitatis vnitatẽ. ideo sicut in duodecim diebus. s. qui sunt inter natale ⁊ apparitionẽ iubilatur d̃ apparitione humanitatis sic in. xxviij. qui sunt ab apparitione vsqꝫ ad purificationẽ de apparitione diuinitatis. Hanc quadragesimã cum gaudio celebramus. qꝛ xp̃i incarnatio fuit gaudium angeloꝝ ⁊ hominum. Postqꝫ quadragesimã sequitur ypopanti. i. presentatio domini. in templum per quã excitamur ad presentãdũ nos deo patri. Quadraginta ergo dies presentem statum demonstrant ecclesie. vbi per quatuor mundi partes satagimus: vt decalogũ impleamus. i. iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem ⁊ aduentuꝫ magni glorie dei. In qua presentatione apparebit nobis dominus gloriosus. ⁊ ideo in his diebus cãtatur versus. Quoniam edificauit dominus syon ⁊ videbitur in gloria sua. Inde est etiaꝫ ꝙ sicut premissum est circa ypopanti merito cantatur introitus. Adorate: quia tũc erit nobis facie ad faciẽ manifestũ choros angeloꝝ dñm adorare.

De dominica quarta post epiphaniam ℞.

Quarta dominica pꝰ epiphaniam non habet proprium officium: quia non semper sunt quatuor septimane vsqꝫ ad septuagesimã. Habet tamen euangelium proprium quod est. Ascendente ihesu in nauiculã ⁊c̃ Mathei. viij. c. ⁊ habetur ibi quomodo dominus mitigauit ⁊ sedauit tempestatem maris. ⁊ dixit discipulis suis cur timetis modice fidei. q. d. Modica fides est causa timoris ⁊ tempestatis cordis. qui enim habet caritateꝫ nihil timet ⁊ hanc habet qui veram fidem habet. ⁊ ideo d̃ caritate est epistola. Nemini quicqꝫ debeatis: nisi vt inuicem diligatis ⁊c̃. que est ad ro. xiij. c.

Euangelium significat quod si christus dormit in nobis tempestas oritur. qui enim habet fidem habet deum. Unde Aug. Fides in te et christus in te. Dormit igitur christus in nobis quando in nos torpet fides. ⁊ tunc oritur tempestas tentationum in cordibus. Redit autem trãquilitas si excitatur fides que excitatur per caritatem. ⁊ ideo in epistola diei huius dicitur non occides: diliges proximũ tuum sicut te ipꝫ Fides enim ⁊ caritas serenitateꝫ faciunt ĩ mẽte hominis. His tribus sententijs horum triuꝫ euangeliorum reformatur homo omnibꝰ modis. primo enim mundatur sicut leprosus. secũdo sedatur tempestas tentationum. tertio fiũt nuptie in corde ipsius. Sed primo ponitur euãgelium de nuptijs: quia dignior est ille status. ⁊ sunt ibi tres status in hominibus secundum augmentum manifestationis christi.

De dominica quinta post epiphaniam ℞.

Euangelium

quinte dominice post epiphaniam sumitur de Matheo Confitebor tibi pater celi ⁊ terre ⁊c. in quo ostenditur quibus deus se manifestat. s. paruulis ⁊ mansuetis. vnde dicit ⁊ reuelasti ea paruulis. ⁊ post. venite ad me omnes q̃ laboratis ⁊c: ⁊ bene cōuenit epistola ad col. iij. c. Induite mansuetudinem ⁊ pietatem. i. induite vos noua veste vt cum nouo rege noui sitis. Noua enim fecit dominus omnia. Alie vero ecclesie legunt euangelium. Simile est regnū celorum ⁊c quod est Mathei. xiij. c.

De dominica sexta rubrica.

Sexta dominica

quia raro contingit. non habet aliquid propriū nisi orationes tāummodo. Sed ei a duabus precedentibus mutuatur.

De dominica septuagesime Rubrica.

Post tempus

renouationis sequitur tempus deuiationis. s. temp⁹ penitentie: quod est septuagesima. Uisa nanq̄ via que ducit in bethleem superiorem. per stellam. i. per fidem penitet homo ꝙ deuiet ab illa. Prenotandum autē est ꝙ septuagesima instituta fuit propter tria. Primo propter redemptionem sabbati. vel secundū alios q̄nte ferie in qua sancti patres statuerant ieiunari prout iam dicetur. Secundo propter representationem: quoniā representat septuaginta annos babilonice captiuitatis prout iam dicet̄. Tertio propter significationem: quoniam per hoc tempus significatur deuiatio: exilium ⁊ tribulatio totius humani generis ab Adam vsq̄ ad finem mundi ꝙ quidem exilium sub reuolutione septem dierum peragitur. ⁊ sub septē milibus annorum includitur. per septuaginta enī dies septuagīta cētenas ānoꝝ ītelligim⁹. Siquidem ab initio mundi vsq̄ ad ascensionem domini sex milia angelorū computamus. Ex tunc vero quicquid temporis sequitur vsq̄ ad finē mundi. sub septimo millenario cōprehendim⁹ cuius terminū solus deus nouit: quia hoc deus pater in sua posuit potestate. Nec mireris de eo quod dictum est de sex milibus annorū diuersimode etenim anni ipsi cōputantur. Nā ⁊ alij dixerunt ꝙ ab origine mundi fuerunt solum quinq̄ milia ⁊ ducenti anni. vno min⁹ vsq̄ ad christi natiuitatem. vel secundum alios vsq̄ ad passionem. secundum alios vero vsq̄ ad baptismū eius. Alij dixerunt ꝙ ab Adam vsq̄ ad natiuitatem christi secundum carnē. cōpleta fuerunt quinq̄ milia ducenti vigintiocto anni. In historijs legitur ꝙ secundum septuaginta ab Adam vsq̄ ad decimūquintum annū imperij Julij cesaris computantur anni quinquies mille ducenti vigintiquinq̄. Sed secundū ebraicam veritatem quatuor milia. Computatio tamen sex milium annorum a methodio potius mistice quā chronice est vera īuēta. Christus igitur in sexta mundi etate nos ab hoc exilio in spe eterne retributionis reddita innocentie stola per baptismū eripuit. Sed consumato tempore nostri exilij vtraq̄ stola perfecte decorabit: vt iam dicetur. Sciendum autem est ꝙ quinq̄ sunt septuagesime. Prima est septuagesima annorum. s. iudaice captiuitatis in qua fuerunt iudei captiui in babilone septuaginta ānis. De qua Jeremias dicit. Tradimini ī manu hostili ⁊ seruietis nabuchodonosor septuaginta annis. ⁊ est sic construendū. trademini in manu hostili. s. nabuchodonosor. ⁊ seruietis septuaginta annis. non enī nabuchodonosor vixit tot annis. Secunda est septuaginta dieꝝ. que incepit in hac dominica qua cātatur. Circumdederunt. ⁊ terminatur in sabbato in albis secundum alios in pascha: vt iam dicetur. Tertia est septuagesima peregrinationis nostre. s. totum tempus huius vite: quod septem dierū reuolutione agitur. Quarta est septuagesima ebdomadarum: que similiter incipit a Circumdederunt me: sed terminatur ī sabbato quo cātatur sitientes. Quinta est septuagesima etatū scʒ septem etates: quarum sex sunt morientiū. ⁊ septima quiescentium. Harum autem septuagesimarum due sunt figuratiue. s. septuagesima etatum ⁊ septuagesima nostre peregrinationis. Tres sunt figurate. s. septuagesima ānorum: dierum: ⁊ ebdomadarum. De vltimis duabus primo dicendum est. Nā septuagesima ebdomadarum figurat septuagesimā etatum: vt ebdamada pro etate ponatur. Inde est ꝙ in septima etate anime fideliū requiescunt. licet quedam ad tempus sint in purgatorio. ⁊ iccirco in principio septime ebdomade cātatur. Letare hierusalem. vbi ponuntur tria verba letitie s. letare gaudentes ⁊ exultetis: quia sancti in septima etate gaudent de visione trinitatis. Et secundum ꝙ visum est doctoribus. iuxta septuagesimā ebdomadaꝝ facte sunt ille denominationes. s. septuagesima: sexagesima: quinquagesi

ma: ⁊ quadrageſima. vnde ſeptuageſima dicta
eſt : quia ſeptima eſt ab illa in qua cantatur
Letare hieruſalem. ſexageſima: quia ſexta ē ab
illa. quinquageſima: quia quinta eſt ab iſta. q̄/
drageſima que eſt quarta. Et ſi forte querat̃
quare non dicitur triceſima: que eſt tertia ab il
la. Reſpondetur ꝙ ſecundum varios varie in/
choatur abſtinentia. Nam regulares incipiūt
ieiunare a ſeptuageſima. greci a ſexageſima. cle
rici a quinquageſima. tota militia chriſtiana a
quadrageſima. additis quatuor diebus ebdōa
de precedentis. Sed videtur potius debere
dici ſeptena q̄ȝ ſeptuageſima: quia ſicut dictuȝ
eſt non ſunt niſi ſeptem ebdomade a Circum/
dederunt me vſqȝ ad ſitiētes. Sed iccirco hoc
fit: vt hec ſeptuageſima aliquo modo reſpōde/
at ſeptuageſime iudaice captiuitatis. ſicut eniȝ
multi ex illis auctoritate Cyri qui cognomina
tus eſt chriſtus in patriam redierunt. ⁊ in fine
omnes. ita ⁊ ante finem ſeptuageſime etatum:
que per ſeptuageſimā ebdomadarum figurat̃.
multi ad patriam per chriſtum redierunt ⁊ tan
dem omnes redibunt. Aiunt etiam quidam ꝙ
ſeptuageſima dicitur: quia habet exordium ſe/
ptuaginta dierum quos continet ſexageſima :
quia habet initium ſexaginta dierum quos cō
tinet. ⁊ ſic de quinquageſima ⁊ quadrageſima
Nunc dicamus de tribus primis. nempe ſe
ptuageſima dierum repreſentat ſeptuageſimaȝ
annorum. ⁊ figurat ſeptuageſimā ſiue tempus
noſtre peregrinationis. de quo iam dicetur. vi
ſum eſt autem magno imperatori karolo ꝙ ſe/
ptuageſima ſexageſima quinquageſima ⁊ qua
drageſima non propter numerum ſic denomi/
nentur. non enim a ſeptuageſima ſunt ſeptua/
ginta dies: ſed tantum ſexagintaquatuor. nec
a ſexageſima vſqȝ ad paſcha ſunt ſexaginta di/
es: ſed tantum quinquaginta tres. ſed ſic dicta
ſunt propter cōſequentiaȝ numerandi dicta ſ̄
hoc modo: quia enim in lege preceptuȝ erat vt
primitie ⁊ decime darentur deo. placuit ſanc/
tis patribus ſoluere decimas dierum. conſtitu
entes pro huiuſmodi decimis quadrageſimā.
Nam ab officio. Inuocauit vſqȝ ad paſcha dē
ptis dominicis dieb⁹ ſunt. xxxvi. dies. qui ſunt
decima tricentorum ſexaginta dierum ex qui/
bus annus conſtat. Superſunt tamen quinqȝ
dies in anno: qui videntur remanere ī decima/
ti. de quo dicetur ſub quarta feria quinquage/
ſime. ⁊ eſt vocatum tempus illud quadrageſi/
ma: quia habet ſex ſeptimanas prout dicet̃ ſub
prima dominica quadrageſime. Theleſphoruſ
vero papa. iiij. di. ſtatuimus de duobus. c. ſe. et
Grego. de con. di. v. quadrageſima volentes ꝙ
clerici aliquid adijcerent ad penſum ſancte re/
ligionis. ⁊ vt plus q̄ȝ laici ieiunarent adiecerūt
ſeptimā ſeptimanā. ⁊ vocatum eſt tēpus illud
quīquageſima propter duas cauſas. ſ. quia q̄n
quaginta dies ſunt ab Eſto mihi vſqȝ ad diem
ſanctā paſce. ⁊ etiā propter conſequentiā nūe/
randi. Nā poſt. xl. ſequitur. l. Propterea ſicut
per ſex ebdomadas ſex miſericordie opera ītel/
liguntur. ſic ⁊ per ſeptē ebdomadas ſeptē mo/
di ſignificantur: quibus crimina remittuntur
ſ. per baptiſmū: per martyrium: per elemoſinas
per indulgentiam: per predicationem : per cari
tatem. per penitentiam. Poſtea vero q2 pri/
us ſtatutum erat per Grego. ij. ſiue iuniorem ꝙ
chriſtiani deberēt quinta feria ieiunare. Mel/
chiades papa de con. di. iij. ieiunium inſtitu/
it ꝙ nemo ieiunaret in quinta feria. ſicut nec ī
prima: vt ſicut prima feria ſolennis propter do
mini reſurrectionem. ita ⁊ quinta feria eſſet ꝓ
pter eius cenam ⁊ aſcenſionem. Unde adhuc
die ipſa lautius procuramur. ⁊ iccirco placuit
ſanctis patribus addere octauam ebdomadaȝ
in redemptionem quintaruȝ feriarum. ⁊ voca/
tum eſt tempus illud ſexageſima propter con/
ſequētiā numerādi. Nā ſicut q̄nq̄geſiȝ⁹ nume
r⁹ q̄drageſimū: ita ſexageſim⁹ q̄nq̄geſimuȝ cō/
mittat̃. Si eniȝ omnes quītas ferias ⁊ primas
. i. dies dn̄icos ſubtraximus ab hoc tēpore tā/
tum quadraginta dies ieiunabiles reſtant in q̄
bus non tantum decimas ſolues. ſed ⁊ ieiuniū
dominici numerum implebis. Inno. quoque
papa de con. di. iij. in ſabbato. inſtituit ne ſab/
bato ieiunaretur. eo ꝙ dominus in ſabbato in
ſepulchro quieuit in ſignum noſtre future qui
etis in qua omnis afflictio a nobis excludetur.
Idem etiam ſtatuerunt Melchiades ⁊ Silue
ſter pape: ne propter abſtinentiaȝ ſexte ferie na
tura nimis debilitaretur. ⁊ iccirco addita ē no
ua ebdomada. ⁊ vocatum eſt tempus illud ſep
tuageſima. ſimiliter propter conſequentiaȝ nu
merandi. Nam ſi ſubtraxeris ab hoc tempore
omnes primas ferias ⁊ quītas: ⁊ ſabbata. ⁊ di/
em paſce non reſtant tibi niſi trigintaſex dies.
qui vt dictum eſt ſunt decima dierum. Inci
pit autem ſeptuageſima a merore ⁊ termiatur
in letitia ſicut ⁊ penitentia quam ſignificat. ⁊ ſi
cut pſalmi penitentiales. Item partem habet ī
triſticia. ⁊ partem in letitia ſemiplena: quoniaȝ
qui cum penitentia tranſeunt percipiunt vitaȝ
eternam. vel animarum beatitudinem. vel ſal/
tem certam in purgatorio expectationem. Itē
incipit a dominica ⁊ terminatur in ſabbato eo
ꝙ a manſione paradiſi noſtra captiuitas īcho
auit. ⁊ vſqȝ ad futuram requiem perdurabit. vl̃
quia qui per peccatum a domino noſtro receſ
ſimus. per penitentiam ad requieȝ reuertemur.
⁊ terminatur ſabbato in albis. ⁊ ſic extenditur
per decem ebdomadas: quia per decaloguȝ ad

letitiam peruenitur. Rursus incipit a febru-
ario. iuxta zachariam. i. c. qui dicit ꝙ in vndeci
mo mense sabath in secundo anno darij factuz
est ad eum verbum domini. Sabath quidem
nostra lingua vertitur in virgam. sonat enī au
steritatem ⁊ correctionem: quia in hoc tempo
re septuagesime de peccatis nostris per que su
mus a dyabolo captiuati nos corripere ⁊ emē-
dare debemus. Uerum sexagesima in quarta
feria in albis. quinquagesima in die pasce. qua
dragesima in cena domini terminantur. Nam
duo dies qui sequuntur ⁊ quatuor qui sumpti
sunt de quinquagesima supplet locum sex die-
rum dominicaruz: vt sic respondeamus ꝓ mo-
dulo nostri ieiunij. ieiunio domini qui ieiuna-
uit. xl. diebus. A septuagesima quippe vsque
ad sabbatum in albis sunt septuaginta dies. et
a sexagesima vsqꝫ ad quartam feriam in albis
sunt sexaginta dies. ⁊ sic de alijs. Decebat eniz
vt sicut tres fuerunt israhelitici populi de capti
uitate reuersiones. prima sub zorobabel. secun
da ⁊ tertia sub Esdra vt iaz dicetur. sic ⁊ nos no
stra peccata deflentes. ⁊ de peccatis misericor
diam implorantes tres feceremus terminatio
nes. scilicet in sabbato. in quarta feria: ⁊ in pa-
scha vt reuerteremur ad gloriam triunphantis
⁊ quarta in cena domini propter quatuor euā
gelia ꝑ q̄ i his iformamur Sūt āt sex dies int̄
pīcipium septuagesime ⁊ pīcipiū sexagesime
⁊ sex int̄ pͥncipiū sexagesime ⁊ principiū q̄nq̈ge
sime. ⁊ sex inter principiuz quinquagesime ⁊ q̈
dragesime. Inter finez vero septuagesime ⁊ se-
xagesime duo. ⁊ inter finez sexagesime ⁊ quin-
quagesime duo ⁊ īter finem quinquagesime ⁊
quadragesime duo similiter. ⁊ ita habemꝰ a pͥn
cipio vnum senarium ⁊ a fine duos senarios. a
fine vero habemus duo ⁊ duplex binarium q̄d
hoc figuret Alchuinus ostendit dicens ꝙ vna
fuit mors christi. scilitet mors corporis quam
per vnum senarium significamus. ⁊ mors no-
stra duplex est. scilicet anime ⁊ corporis quam
significamus per duos senarios. Christus aūt
per vnam suam mortem duplam nostram de-
struxit. Iterum vna fuit resurrectio christi. sci-
licet resurrectio corporis: quam significat vnꝰ
binarius. ⁊ nostra resurrectō dupla est. scilicet
resurrectio anime a peccato. ⁊ corporis a corru
ptiōe: quam significat duplex binarius. Et chri
stus sua simpla resurrectione: duplam nostraz
minuit. Septuagesima ergo tempus iudai-
ce captiuitatis representat. Siquidē nabucho
donosor populum iudaicum propter eius pec-
cata ab hierusalem in babilonem duxit. ⁊ sep-
tuaginta annis operibus duris affectꝰ est. vbi
in organis ⁊ cytharis ⁊ alijs instrumētis. sicut
consueuerunt in hierusalē non cecinit dicens.
Quomodo cantabimus canticum domini in
terra aliena. īmo vestibus miserie fuit vsus. Fi
nitis vero. lx. annis cyrus qui ⁊ christus dictus
est regem babilonicum subiugauit. populoqꝫ
redeundi licentiā concessit. vnde pars sub ihe
su magno sacerdote cum zorobabel ad patriaz
rediens templum hierosolimis cum gaudio re
edificauit. pars autem in captiuitate remansit.
vsqꝫ ad completionem. lxx. annorum quibꝰ ex
pletis sub Dario ⁊ Assuerio. ⁊ quidam sub Es-
dra. ⁊ quidaz sub Neemia feliciter reuersi sunt
⁊ tunc duplex gaudium habuerunt. Sane
mistice nabuchodonosor est dyabolus. babilo
nia mundus vel infernus. hierusalez paradisus
populus genus humanuz. Nabuchodonosor
a hierusalem populum captiuauit. ⁊ dyabolus
genus humanum a paradiso in hunc munduz:
vel in inferno deiecit. vbi septuaginta annis
illum affecit: vel quia presens vita septem diex
circulo voluitur. vel quia septem milibus anno
rum includitur: prout iam in principio dictum
est. Populus cantica letitie suspendit. ⁊ genus
humanum a canticis exultationum in deuz si-
luit: populus vestitꝰ miserie vsus fuit: genꝰ hu-
manum vestimento maledictionis opertuz fu-
it. Iuxta illud. Fiat sicut vestimentum quo o-
peritur: populus post sexaginta annos sub ihe-
su redijt. ⁊ genus humanum in sexta etate per
Ihesum verum sacerdotem remeauit. quidam
sub Esdra. quidam sub Neemia redierunt. Es-
dra interpretatur adiutor. Neemias consola-
tor: quia omnes vere fideles finita huius tem-
poris captiuitate. per christum adiutorem ⁊ ꝑ
spiritum sanctum consolatorez ad patriā sunt
redituri. ⁊ tunc duplicatum gaudiuz habebūt
in glorificatione corporis ⁊ anime. Rursus
hec omnia representat ecclesia a septuagesima
vsqꝫ ad sabbatum in albis. quia enim populus
israel siue genus humanum deiectum fuit ī mi
seriam. iccirco incipit circumdederunt me ge-
mitus mortis. Item quia ille siluit a canticis le
titie. ideo ecclesia cantica letitie. scilicet allelu-
ya ⁊ gloriam in excelsis deo. ⁊ te deuz subticet.
Adhuc quia populus perdidit vestem virtutū.
ideo ecclesia vestibus cultioribus ⁊ solennibꝰ:
vtpote dalmaticis ⁊ tunicellis. ⁊ huiusmodi q̄
sunt vestes letitie non vtitur: sed potius lugu-
bribus. In cibis quoqꝫ videlicet ieiunando: tri
sticiam representamus. Unde zacharie. vij. Cū
ieiunaretis per hos septuaginta annos. nunq̄d
ieiunium ieiunastis mihi: ideoqꝫ proximam eb
domadam greci ieiunio sanctificant. Item qr
ille anno. lx. per cyruz qui xp̄s dictus est reditū
in patriā ⁊ liberationem a seruitute recepit sic

⁊ nos in sexta etate seculi sumus per christum
a seruitute dyaboli redempti. nobisqꝫ reddita
est innocentie stola per baptismi remissionē.
Ideoqꝫ in sabbato sancto vnum alleluya cāta-
mus iam spe salutis eterne ⁊ recuperatiōis pa-
trie gratulantes. Et sicut pars populi cum zoro
babel repatriauit. pars vero in captiuitate rmā
sit. sic ⁊ pars fidelium defunctoꝝ cum xp̄o sur-
rexit. pars in expectationis consolatione remā
sit. Sed ⁊ quia graues fuerunt labores illorum
qui in hierusalē sunt reuersi. in longitudine vie
⁊ in apparatu redditus. ideo ⁊ nos in presenti
ecclesia laboramus ⁊ ingescimus. ⁊ tunc statiꝫ
post alleluya cantamus tractum. Laudate do
minum q̄ laborē significat. dicitur tamē de lau
de domini congratulando propter resurrectio
nem. Illi quoqꝫ cum letitia redeuntes in itine-
re vexabantur. ⁊ nos per totam ebdomadā pa
schalē gradu. cum alleluya cantamus: per gra-
duale laborē: per alleluya gaudium designan-
tes. Deinde illi omnes completo anno septua-
gesimo ad patriam sunt reuersi. ⁊ plenam susce
perunt letitiam. ⁊ nos sabbato in albis. quo vt
premissuꝫ est. septuagesima terminatur duplex
alleluya cantamus: signicicantes ꝙ finito auxi
lij nostri tempore captiuitas absoluetur ⁊ sto-
la geminabitur. Hoc igitur tēpore letitie cā-
tica subticentur: vt premissum est. de quib⁹ di-
citur Jeremie. vij. faciam quiescere vocē gau-
dij ⁊ letitie. vocem sponsi ⁊ sponse. siquidē spō
sus a nobis abijt. Cum igitur statuꝫ ecclesie nō
dum redempte recolimus. ⁊ nostrum incolatū
plangimus merito alleluya deponamus: quod
specialiter illam gloriam significat. de qua di-
cit in psalmo. Exurge gloria mea exurge psalte-
rium cum cythara: exurgam diluculo. Nempe
gloria patris est filius qui cytharā nostre humi
litatis assumpsit: quā in passione fractā per re-
surrectionē in psalteriū reformauit. Non dicū
tur etiam alia cantica letitie: tum quia hoc tem
pore representatur ecclesie status: nondū ꝑ xp̄ꝫ
redempte. ⁊ hec cantica sunt ad xp̄m specialit̄
pertinentia: tum quia in ipso tempore nos pec
catores representamus. ⁊ in ore peccatoris nō
bene resonant preconia saluatoris. Veruntā-
men canticum trium pueroꝝ. ⁊ gloria patri ⁊ fi
lio ⁊c̄. non subticetur. quia nunq̄ꝫ fuit aliquod
tempus in quo non fuerint aliqui trinitatꝭ cul
tores. Leo papa de con. di. i. hi duo. dicit ꝙ
ideo hymnos illos. s. alleluya ⁊ gloria in excel-
sis: quos angeli cantauerunt in septuagesima ī
termittim⁹: quia peccato veteris hominis a cō
uentu angelice iubilationis expulsi: ī huius mi
serie vite babilone super flumina eius sedemus
⁊ flemus dum recordamur illius syon in q̄ deū
decet hymnus. A septuagesima ergo quando

prothoplaustus lapsus ē recitare alleluya ⁊ glo
ria in excelsis. in ecclesia nouē ebdomadibus. s.
vsqꝫ in pascha intermittimus. vbi xp̄s resurgēs
a mortuis tristitiā nostrā vertit in gaudium et
alleluya nobis reddit. De hoc etiam dictum est
in prohemio huius partis. Que cantica letitie
dicantur in festis que occurrunt in septuagesi
ma dicetur in prohemio. vij. partis. Incipit er-
go septuagesima a merore ⁊ in gaudio termīat̄
vt premissum est. Et nota ꝙ in sabbato pre-
cedenti sepe ⁊ fere per omnia cantuū officia al
leluya iteratur pro eo ꝙ illud diligimus. ⁊ ī the
sauro cordis recondimus sicut amicum iter lō
ginquum profecturum sepe amplectimur. ⁊ e-
ius os faciem ⁊ cetera osculamur. Rursus iō
in sabbato ad vesperas geminatur seu multipli
catur: quoniam in lapsu Ade qui erat ī magna
quiete gaudium perdidimus. sed animabus in
requie recuperamus. ⁊ corporibus in resurrec-
tione deniqꝫ geminabimus. Quidam auteꝫ
in ipso sabbato dimittunt alleluya ad sextam. q̄
dam ad nonam. quidam ad vesperas. quidam
vero ad nocturnos huius dominice. ⁊ quidaꝫ
ad primam dominice huius diei. que varietas
prouenit ex diuersitate īceptionis diei. de qua
in prohemio. vij. partis dicetur. Rectius tamē
dimittitur in vesperis: q2 tunc dies incipit quo
ad diuina officia: quia nox precessit. dies auteꝫ
appropinquauit. ⁊ hoc etiam statuit Alexāder
papa. ij. vt eius geminatio ad finem precedentꝭ
temporis penitentie quam laus sequetur ange
lica referatur. ⁊ eius depositio luctui sequentis
temporis assignetur. Unde ⁊ quedam ecclesie
deponunt alleluya cuꝫ gaudio magno. Alie ve
ro cum gemitu ⁊ suspirio. Illi representant fu-
turam reparationem. Isti de paradiso eiectio-
nem. Ceterum quia hoc tempus meroris ē
non dicuntur cantica angelorū: sed hominuꝫ.
vnde pro deposito alleluya dicit ecclesia in pri-
cipijs horarū. Laus tibi domine rex eterne glo
rie. non ꝙ equipolleat. allaluya eniꝫ est vox an
gelica. ista humana. illa hebraica. ⁊ ideo digni-
or. ista latina. ⁊ ideo minus digna. In antipho
nis ⁊ responsorijs dicunt quidam ineternum.
In missa vero pro alleluya dicimus tractū. nec
fit commutatio in ebraicam linguaꝫ: que sicut
iero. ait super ysaiam greco sermone opulētior
est. nec in greca que latina ditior est. sed in lati
nam alleluya commutatur que omnibus pau-
perior est ad significandum paupertatem pre-
sentis vite. Et nota ꝙ septuagesima vsqꝫ ī pa
scha per dominicas noctes duo psalmi mutan
tur ad laudes. s. Miserere mei qui est psalmus
penitentialis in locum psalmi dominus regna
uit qui est p̄s. letitie. ⁊ ad ꝑfectionē īformat. ps
confitemini in locum p̄s. Jubilate. ⁊ hoc ideo

quia per penitentiam venitur ad laudis confessionem. ⁊ per timorem ad spem. Quisque enim in peregrinatione quam septuagesima significat positus timori ⁊ spei est subditus. psalmus enim miserere timorem quem oportet fragiles peccatores in presenti peregrinatione de vindicta dei haber̃ designat informans eos vt peccata sua plangant: quia vero post dolorem cordis ⁊ confessionem reatus fiducia accedendi ad dominum habenda est. ideo deum laudantes dicimus ad alterutrũ p̄s. confitemini. Rursus p̄s. Cõfitemini dicitur hoc tempore ad laudes ad notandum pueros debere instrui: vt in ramis palmarum sciunt laudes domini decantare. Quoniam hic psalmus proprie ad illuz diem pertinet: maxime propter illum versum. O domine saluuz me fac: o domine ⁊c. vel ideo vt per mortem ⁊ confessionem sequamur peccatorum remissionem. Dictus vero psalm⁹ dominus regnauit. ⁊ etiam p̄s. Deus deus meus respice ⁊c. ⁊ sequentes hoc tempore dicuntur ad primã ne aliquid de psalterio pretermittat̃: quin totum saltez in septimana dicatur: quod totum in ecclesia primitiua in die legi solebat.

Ceterum quia vt premissum est per septuagesimã totum vite nostre spacium accipimus: merito officia dominicarum que sunt a septuagesima vsqꝫ in pascha variantur. per quod notantur ordines vite nostre seu cuiuslibꝫ anime fidelis postqꝫ peccauit. Per primũ enim. s. Circumdederunt me habemus aliquẽ peccata cõfitentem. Per secundum. s. Exurge habemus eundem petentem. Per tertiuz. s. Esto mihi ipsum orantem ⁊ dominum adiutorez sibi. Per quartum. s. Inuocauit me cognoscimus dñm illum audientem sibi adiutorem esse. Juxta illud te orante dicam: ecce assum. Per quintuz s. Reminiscere habemus illum credentem vel sperãtem. Per sextum. s. Oculi mei intelligim⁹ eum bone promissionis operationem faciẽtez. Per septimũ. s. Letare hierusalem. vbi de hoc dicetur. accipimus eum de hac promissione exultantem. ⁊ ꝙ etiam requies sit multis data in hac vita. Per octauum. s. Judica me deus: vid̃mus eum a deo confirmatum in virtutibus et bonis operibus: quod iam confidenter vult. et postulat iudicari ĩ consumatione eterna. Per nonum. s. Domine ne longe. intelligimus ꝙ iaz sit collocatus in ordine angelorꝫ. Orat enim ibi habere perseuerantiam. Et ꝙ istud totum valeat adipisci subiungit causam. s. per resurrectionem: quod habetur per decimũ officium. s. Resurrexi. de hoc ẽt sub dñica q̈dragesime dicet̃.

De officio. lxx. rubrica.

Hunc de offõ p̄ntis dominice aliqua dicamus. Sane vt premissuz est. Filij israel seruierunt. lxx. annis regi babilonis. ⁊ postea liberati redierunt in hierusalez. Similiter oportet nos seruire ipsi tota vita ista. vel per culpã ⁊ penam vel ad minus per penã ꝑꝑ qđ dolẽs eccl'ia agit penitentiã tãqꝫ posita in captiuitate babilonie i. huius mundi vt quandoqꝫ liberetur ⁊ perueniat ad hierusalem celestez. ⁊ propter hoc facit septuagesimã. ⁊ ideo incipit legere quinqꝫ libros moysi: quia ista vtilitas penitentie per gradus distinguitur in illis. Primus enim liber. scꝫ Genes. instruit nos in initialibus penitentie. ĩ fide. s. ⁊ timore: que fiunt essentia penitẽtie: qꝛ per ea concipitur penitentia. In fide autẽ nos instruit: sicut ⁊ in symbolo. Quod enim ibi dicitur visibilium ⁊ inuisibilium. dicitur hic ĩ principio creauit deus celum ⁊ terram. s. celum empireum ⁊ ea que in eo sunt que sunt inuisibilia ⁊ terram. i. omnia ista visibilia ⁊ sicut ibi exprimitur persona patris ⁊ filij sic. ⁊ hic ĩ principio i. in filio creauit deus. s. pater celum ⁊ terram ⁊ postea exprimitur persona spiritus sancti. cum dicitur ⁊ spirit⁹ domini ferebatur super aguas i. spiritus sanctus qui creauit ⁊ regit omĩa. Instruit etiam nos in fide incarnationis ⁊ passionis vt credamus xp̄m in q̈tum hominem passum fuisse. non in quantum deum. ⁊ hoc ꝑ ysaac qui non fuit immolatus: sed aries. Iterum instruit nos vt credamus christum datuz esse ex gratia non ex meritis sicut ysaac. Instruit etiam nos in fide resurrectionis ⁊ ascensionis. ⁊ spiritus sancti missionis per Joseph qui post venditionez sublimatus est in egypto distribuens triticum per totum egyptum: sic christ⁹ p⁹ venditionem sublimatus mundo distribuit triticum verbi dei per predicatores suos per totũ mundum. Cuius causa fuit. Resurrectio. Ascẽsio. ⁊ spititus sancti missio. Incutit etiam timorem per Adam ne nos per vicium gule siue per inobedientiam eijciamur de paradiso spirituali. sicut ille de paradiso terrestri. ⁊ ꝑ cayn ĩstruit vt caueam⁹ ab homicidio. ⁊ per ciuitates penitus destructas vt caueamus a vicio sodomorum. ⁊ ab omni vicio per diluuium. ⁊ iterum a vicio gule per Esau qui propter esum lenticule rufe reprobatus est. Preterea quia in septuagesima recolimus miseriam nostram: quaz ꝓpter peccata parentum nostrorum incurrimus ideo librum geneseos legimus. vbi agitur de expulsione primorum parentum de paradiso ⁊ d̄ alijs de quo etiaz cantamus responsoria. In sudore vultis tui. ⁊ illud. Ecce adam ⁊c. Ad maiorẽ tñ miseriã designandã p⁹ legim⁹ ⁊ cãtam⁹ d̄

dignitate hoīs. ſcꝫ ꝙ eſt factus ad imaginem
⁊ ſimilitudinem dei ꝙ in paradiſo etiam collo/
catus eſt ꝙ ſocia ei facta eſt. ⁊ ꝙ nec mori nec
aliquid pati poſſet. niſi ex culpa ſua ꝑueniret.
Officium autē miſſe eſt. Circūdederunt me
ꝛc̄. vbi confitet̄ eccleſia ſe eſſe in pena ⁊ labori
bus inflictis propter peccatuꝫ: q̄ ſunt fames: ſi/
tis: calor: frigꝰ: laſſitudo: egritudo: ⁊ mors ipſa
ꝑ prauā cōſciāꝫ: ⁊ amaritudo: fetor: ⁊ tenebre:
q̄les ſunt dolores īferni. Sed ne iſte luctus ge/
neret in nobis accidiā ſiue triſticiaꝫ q̄ mortem
operatur. ponit in verſu conſolationē. Diligaꝫ
te domine virtꝰ mea ꝛc̄. vt ſic poſſet dicere. Fu
erunt mihi lachryme mee panes ꝛc̄. Et aduer
te quia hec verba. Circūdederunt me ꝛc̄. ſunt
etiā vox eccleſie primitiue plorantis ī abel pro/
thomartyre precentore cuius ſanguis de terra
clamauit ad dominuꝫ q̄ aperuit os ſuū ⁊ ſuſce/
pit eū de manu cayn fratris eius. vnde ſtatio ē
ad ſanctū Laurentiū: cuius mors precioſa no/
uo ⁊ inaudito genere paſſionis clamauit in ce
lum. ⁊ audita eſt in vniuerſum mundū. Unde
⁊ eccleſia romana pre ceteris eſt auctenticata
martyribus. Ne autē eccleſia deſperet propo/
nitur ei in euangelio triplex ſalubre remedium
⁊ in epiſtola triplex premiū. Remediuꝫ eſt vt ſi
vult ab illis plene liberari in vinea anime ſue la
boret abſcindendo vicia ⁊ peccata poſtea ī ſta
dio vite preſentis currat per penitentie opera.
deinde viriliter in agone pugnat cōtra omnia
dyaboli tentamenta: quod ſi fecerit triplex re/
mediū habebit: quia laboranti dabitur denari
us: currenti brauiū: ⁊ pugnanti corona. Ve
rum qꝛ non libenter homo ſuſcipit onus peni/
tentie niſi videat premiū. ideo oſtendit premiū
in epiſtola. i. ad corinthi. ix. Neſcitis quia hi q̄
in ſtadio currunt: omnes quidē currunt. ſꝫ vnꝰ
accipit brauiū. Eſt enim brauiū primū currenti
um per quod ſignificatur beatitudo eterna q̄ ē
premiū currentium in regnum eternum: quod
oſtenditur vt libentius agant homines penitē
tiā: ⁊ vt magis fleant peccata ſua. vnde p̄s. Su
per flumina babilonis illic ꝛc̄. ⁊ ſicut ī curſu ex
teriori remouentur que impediunt curſum. ſi/
cut dicit apoſtolus ſe facere cū dicit. Caſtigo
corpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo ꝛc̄. quaſi di/
cat. leuigo me. i. leuē facio ad hoc vt poſſiꝫ cur/
rere: ſic faciat eccleſia. macerat enim carnē ſuā
vt remotis omnibus nociuis ad brauiū vite et̄
ne melius currere poſſit. Et bene reſpondet
ei reſponſoriū. Adiutor in oportunitatibus in
tribulatione. Tribulatio enim oportuna ⁊ vti/
lis eſt homini: quoniā facit nos recordari eter/
noꝝ gaudioꝝ. Nec ſequitur alleluya quia ſubti
cet eccleſia cantica letitie. vt premiſſum eſt.
Poſt reſponſorium ſequitur tractus a trahen
do dictus. ⁊ eſt ſuauis auribus. ſ. de profundis
clamaui ꝛc̄. Ad notandū ꝙ in gemitibus ⁊ ſu/
ſpirijs trahit eccleſia vitā ſuā. de profundis pec
cati vel pene. Sed ad conſolationē interponū
tur verba miſericordie cū dicit. Quia apud te ꝓ
piciatio ē. Sꝫ quia nullo modo vult eccleſia: ꝙ
filij ſui cadant in accidiam. ideo poſt tractuꝫ ſe
quitur euangelium de denario diurno. i. de be
atitndine eterna: quam oſtendit filijs ſuis vt hi
lariter faciant penitentiam. Simile eſt regnuꝫ
celorum homini patrifamilias qui exijt primo
mane ⁊ cetera. Mathei. xx. c. Domo eſt vinea
dei et eccleſia quam quilibet debet colere pro
poſſe ſuo. in alijs per predicationem. ⁊ in ſe per
bonam operationeꝫ. ⁊ ſi bene coluerit habebit
vitam eternam que dicitur denarius. In dena
rio eſt imago ⁊ ſuperſcriptio. ⁊ nos habemus
imaginem dei ⁊ aptam ſupraſcriptionem quia
erimus ⁊ dicemur dij ⁊ filij dei. Unde p̄s. Ego
dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi omnes. Sequitur
offertorium. Bonum eſt confiteri domino ꝛc̄
In quo monemur laudare deum in tribulatio
ne ꝙ poſſumus facere viſo denario diurno. ad
quem videndum petit eccleſia illuminari. d. in
poſt communione. Illumina faciem tuam ꝛc̄.
Poteſt etiam ⁊ aliter dici ſecunduꝫ Inno. iij.
in ſermone huius diei. Legitur enim ꝙ occu/
patio magna creata eſt omnibus hominibus:
⁊ iugum graue ſuper filios Ade a die exitus de
ventre matris eorum vſq; in diem ſepulture in
matrem omnium. Siquidem mater omnium
hominum terra eſt. ⁊ eadem omnium eſt ſepul
tura. propter quod ille dicebat. Nudꝰ egreſſus
ſum de vtero matris mee. ⁊ nudus reuerter il/
luc. In premiſſis autem verbis circa ſtatuꝫ hu/
mane conditionis tria conſideranda ſunt. vid
licet ingreſſus. progreſſus. ⁊ egreſſus. De pro/
greſſu premittitur occupatio magna creata eſt
omnibus hominibus ⁊ iugum ꝛc̄. de ingreſſu
ſubiungitur a die exitus de ventre matris eoꝝ
de egreſſu concluditur vſq; in diē ſepulture in
mr̄eꝫ oīuꝫ. Sane ī quolibꝫ ſtatu graue iugū ſuꝑ
dicta sunt figurari per ea que fiunt. cum eīz
ibi fiat mentio de resurrectione. Naz ibi
fit mentio de palmis que victoriam christi.
de morte ⁊ dyabolo significant. Accipit ec-
clesia factum illorum puerorum. in signum
precedens eius quod iam dictum est. ⁊ fac-
tum istorum in recordationem illius. Sa
ne autem crucem ⁊ in cruce rami virides in
figuntur ad notandum ꝙ omnem virtutū
virorem crucifixo habemus. Christus enim
ramis viridis fuit: habens in se ⁊ nos ab ip-
so omnem virorem virtutum. Unde ipse di
cit si in viridi hoc faciunt ī arido quid fiet.
In summa ergo dum processionem faci-
mus. christum venientem ad nos suscipim⁹
cum pueris obuiam imus. si innocentiaz ser
uamus. oliuas gerimus. si pacis ⁊ misericor
die operibus indulgemus. palmas portam⁹
si de vicijs ⁊ dyabolo victoriam obtinem⁹.
virentes flores ⁊ frondes gestamus. si virtu
tibus exornamur. vestimēta sternimus. car-
nem mortificantes. ramos carpimus. sanc-
torum vestigia imitātes. Quod processio ci-
uitatem vel castrum egreditur. ouanter ad
crucem ⁊ ad loca promotiora siue eminen-
tia vadens: recolit pueros hebreos iuisse ver
sus montem oliueti. innuens etiam ꝙ absit
nobis gloriari nisi in cruce domi nostri ihe
su christi. Qui autem pontifici extra vrbem
iuxta crucem cum suis constituto occurrūt
⁊ cum ipso ciuitatem ingrediuntur accura-
tius agunt. Imitantur eniz populum israel
⁊ pueros eorum: qui extra ciuitatem domi-
no occurrerunt. ⁊ cum eo illaz ingressi sunt.
Hec ergo magna processio representat il
lam que tali die facta est a turbis ⁊ pueris
iudeorum. cum veniret ihesus hierusalez su-
per asinam sedens. Significat etiam ꝙ do-
minus ad nos veniet. ⁊ ad eterna taberna-
cula nos ducet. Uel forte recolit processio-
nem filiorum israel: qui hac die iordanez sic
cis pedibus transierunt. ⁊ cuz triunpho ter-
ram promissionis intrauerunt. Nec est hec
processio inter alias dominicales computā
da. Hec enim est preconium passionis. ille
vero sunt significatiue ⁊ rememoratiue do-
minice resurrectionis vel ascensionis. Un-
de rectius faciunt qui antequam tertia di-
catur illas premittunt. hanc vero processio-
nē p⁹ tertiā hui⁹ diei cū palmis celebrāt. de
ꝗ sub ascēsiōe dicet. Et ādē huic ꝓcessiōi
lectio zachar. ⁊ euāgeliū iohā. recte ꝑmittūr

quoniam ibi dominica processio propheta-
tur hic historice declaratur. in tractu infan-
tes ad preconia inuitantur. Passio vero in
missa legitur. Benedicuntur autem ⁊ distri
buuntur rami per sacerdotem. licet christus
eos nec benedixisse nec distribuisse legatur
quia christus nõ honorauit eos. sed fuit ab
eis honorat⁹. ⁊ ex eis tũ qꝛ ppl's ille iudeorũ
fecit hoc corporaliter ⁊ tẽporaliter. sed nos
agimus hoc sacr̃aliter ⁊ spual'r ad effectũ q̃
in eorum benedictione exprimitur. Illi nan
qꝫ ferentes ramos triunphum christi nõdũ
completum. sed tempore passionis complẽ-
dũ prefigurabant. Unde ñ oportuit ramos
distribui vel benedici a christo. quia nondũ
figura fuerat impleta. Ecclesia vero per talia
representat triunphum christi iam comple-
tum. secundum illud colloceñ. ij. Expolians
principatus ⁊ potestates transduxit confi-
denter. palam triunphans illos ĩ semetipso.
Quia ergo non solum ipse triunphator est.
sed etiam per ipsius gratiam ⁊ sanctificatio
nem triunphabunt omnes electi. conueni-
enter ⁊ benedictio ramorum. ⁊ distributio
per sacerdotem qui christuꝫ representat de-
bet expleri. Quare autem non fit festum
de dicta asina sicut fit de cruce dicetur ĩ se-
ptima parte sub festo crucis. Post proces
sionem sequitur statim missa ð passione: qꝛ
debemus gaudere de fructu passionis: ⁊ cõ
pati: quia pro nobis passus est. Ibi enim est
vnde letemur. scilicet de amore quem osten
dit nobis in cruce: ⁊ vnde tristemur. scilicet
de peccatis nostris que tot sunt ꝙ propter
ea oportuit filium dei pati. Uenit autem de
cima luna siue die primi mensis. idest ante
sex dies pasce ad ciuitateꝫ in qua pateretur
vt esset in domibus iudeorum. sicut precep-
tum erat in exodo. xxvij. c. ⁊ in deutro. deci-
ma luna accipietis agnum. immolabat' au-
tem agnus quartadecima luna. idest decia-
quarta die primi mensis ad vesperam. ⁊ do-
minus eadem hora agnum cum discipulis
manducans. vbi legalis pasce decreta com-
pleuit. egressus est cum eis statim ad locum
orationis. ⁊ circumspectis omnibus cum iã
vespere essent exiuit in bethaniam cum du-
odecim. Nempe mistice decima luna ve
nit: quia populus israelitic⁹ decima luna e-
gressus est de egypto. similiter per istum ve
rum agnum est data libera potestas popu-
lo israelitico. idest videnti deum per fidem.
exeundi de peccato. quod non fuit datuꝫ p
moysen. ⁊ virgam eius. idest per disciplinaꝫ
⁊ sacerdotium legale. In principio ergo
misse reducens ecclesia ad memoriam do-
minicam passionem. Incipit ab oratione di
cens. Domine ne longe facias ⁊cetera. ⁊ est
octaui toni. significans ꝙ per passionem ve
nitur ad resurrectiouem. Sequitur episto
la. Hoc enim sentite ad philippeñ. ij. c. ĩ qua
ostenditur passio ⁊ passionis fructus. Dicit
ergo hoc enim sentite in vobis: quod ⁊ in
christo ihesu. idest imitamini ipsum. vt sicut
habuit caritatem: quia voluit pati. ita ⁊ vos
habeatis caritatem qua patiamĩ omnia tor
menta temporalia. vt habeatis humilitatem
que in christo maxime fuit. mansuetudineꝫ
⁊ patientiam ⁊ intellectum realem vt senti-
atis. Cito eniꝫ sentitur dulcedo spiritus san
cti in corde quando ibi est. hi quidem sunt
fructus passionis. scilicet dulcedo in corde.
⁊ gloria. Quedam tamem ecclesie legunt le-
ctionem. Uenerunt autem in helim exodo.
xv. c. Uiso autem hoc fructu fit homo pa
tiens: quia generat patientiam consideratõ
fructus. ⁊ ideo sequitur respõsorium: quod
respondet epistole: in quo ostenditur quo-
modo per passiones venitur ad gloriam. et
dicuntur ibi tria quare est tertij toni. Pri-
mum est tenuisti manum dextram tuam. ⁊
confirmasti me in bono. secundum est ⁊ in
voluntate tua deduxisti me. talis facit quic-
quid deus vult. Tertium est cum gloria su-
scepisti me. Primum est causa crucis. secun
dum ipsa crux. tertium fructus ipsius. Uer-
sus est quam bonus israel deus quando sci
licet deducit suos ad passionem. Unde de
beato Stephano legitur lapides torrentes
illi dulces fuerunt. Postea sequitur trac
tus. Deus deus meus respice ĩ me ⁊cetera.
⁊ est secundi toni: quia ibi ostẽditur passio.
⁊ fructus ipsius. vnde ⁊ titulus illius psalmi
est pro sumptione matutina. Euangeliuꝫ
de passione est. scilicet. Scitis quia post bi-
duum. Math. xxv. c. Et etiam offertoriũ
scilicet Improperium expectauit cor meuꝫ.
⁊ miseriam: quod sumptuꝫ est de psalmo se
xagesimooctauo. qui totus ex persona salua
toris orantis in passiõis agone cõscribitur.
quasi diceret ecclesia. Ex quo christus tot
passus est. libenter patiar. Unde dicit expe-
ctaui supple quasi rem dulcem. Postcõ-
munio de passione est. scilicet pater si fieri
potest ⁊cetera. Math. xxvi. c. ⁊ Mar. viij. ⁊
Luc. xxi. c. ⁊ est octaui toni propter rationẽ
premissam. In quibusdam ecclesijs dici-
tur in hac dominica ⁊ in diebus sequenti-
bus prefatio de passione. prout dictum est
sub quarta feria cinerum. Dicitur autem
hec dñica ĩ ramis palmaꝝ eo ꝙ tũc rami pal
maꝝ si haberi pñt ĩ pcessiõe portãt'. Dr etiã

alibi dominica oliuarum: quia etiam rami oliue portantur. quod fit ad representandū filios israel qui cum ramis palmarm et oliuarum venienti domino obuiam exiuerunt. Sequens quoq septimana maior vocatur. eo q maius et prolixius habet officiū. Dr et penosa: q tūc pcipue debez vicia nr̄a pūir. Uel quia dominus in ea laborauit et penas sustinuit recreando. sicut et in prima mundi ebdomada creando. Dicitur quoq indulgētie quia penitentes in ea absoluuntur. Dicitur etiam sancta: quoniam in ea impij iustificantur. Hec autem dominica in tribus priuilegiata est. Primo quia illa die filij israel intrauerunt terram promissionis. et iordanem sicco vestigio transierunt. sic enim contingit q eo anno tot dies fuerūt vsq ad pascha quot sunt ab hac dominica. Secundo quia hac die veniens dominus d bethania cum honore maximo in hierusalem susceptus est. Tertio quia eadem die dominus a templo ementes et vendentes eiecit.

De secunda feria rubrica.

Secunda feria ostendit causam passionis. scilicet in christo humilitatem et patientiam. et in iudeis crudelitatem et inuidiam in iuda cupiditatem et auaritiam. et est introitus quarti toni propter formam crucis. Epistola vero sumitur de ysa. l. c. In qua ondītur principalis causa passiōis domini. dominus deus aperuit mihi aurem scilicet ad intelligendum. Et propter hoc dedi genas meas vellentibus et cetera. In quibusdaz ecclesijs in hac die et in tertia ferijs dicuntur due lectiones ī missa. pro eo q christi passio a lege et prophetis pronunciata fuit. In responsorio petit liberationem suam. Exurge domine et intende et cetera. versus. Effunde frameam. tertij toni quia virtute trinitatis liberamur ab inimicis. Framea est spata quasi fremia. vel quasi ferrea. In euangelio vero. Ante sex dies. Jo. xij. c. ostenditur triplex causa passionis. et dicit. Ante sex dies pasce. non ideo q ibi sex futuri essent ante pascha sed quia ibi causa passionis ostenditur. In iuda ostenditur causa cupiditatis. eo q dixit vt quid perditio hec. erat enim habēs loculos. et ideo sic dicebat vt nummos furaretur. vt habetur in Jo. In iudeis causa est inuidia: quia moti sunt in eum propter laudē puerorum dicentes. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. et ideo querebant interficere eum. In ipso vero christo est fructificatio totius generis humani. vnde in euāgelio dicitur. Nisi granum frumenti et cetera. In quibusdam tamen ecclesijs in secunda feria legitur passio secundum Marcum. scilicet. Erat pascha et azima post biduum et cetera. et in tertia feria dictum euangelium secunduz Jo. scilicet. Ante sex dies pasce. sed primi magis videntur historiam seq: quia post biduum idest post tertiaz et quartam ferijs in quinta feria pascha idest agnus paschalis immolatus fuit. Preterea secūda dies creationis mundane minus est ceteris ornata diebus. Nam cum dixisset dominus. fiat firmamentum in medio aquarū non est additum. Et vidit deus q esset bonum in quo numerus binarius infamatur: quia primus ab virtute degenerat. et diuisionem significat. Unde in eo facta est aquarū diuisio. Non est ergo mirum si hec dies secunda que illaz respicit minus ceteris in officio dominice mortl purpuretur insignijs. Sed non est multum attendendum. vtrum in secunda vel in tertia feria legatur passio. quia enim quatuor euangeliste passionem domini descripserunt. iccirco secunduz quē libet eorum passio legitur ex institutione Alexandri pape eo ordine quo scripserūt. Nā die dominica legitur passio secundum matheuz qui prius scripsit. Secunda vel tertia feria secundum marcum qui secundus scripsit. Quarta secundum lucam qui tertius scripsit. Sexta feria secundum iohannem: qui vltimo. Mediolaneñ. non legunt passionez nisi secundum Joannem et in sexta feria. Sane passionem lecturus benedictionē nō petit: quia illa describitur esse sublatus: qui auctor est benedictionis. vnde nō est a quo petatur. Legitur quoq sine luminaribus q ille morte extinctus nunciatur qui secundū Joannem lux est mundi. et vt representetur quia eius discipuli tunc quasi extincti sunt: quibus ipse viuens dixerat. Uos estis lux mūdi. Non fertur etiam incensum ad notāduz q tunc feruor deuotionis vel orationis qui per incensum designatur in apostolis tepuit. vel potius quasi extinctus fuit. Legitur etiam sine salutatione. siue sine dominus vobiscum in detestationem salutationis iude. et sine responsione. Non enim respondetur Gloria tibi domine: quia in ipsa exprimitur q christus fuit a suis separatus per mortem corporaliter et spiritualiter qui metu mortis eo derelicto fugerāt. et nulla gloria sibi erat. Non legitur tota sub tono euangelij. sed

cāt⁹ verborum christi dulcius modulātur ad
notandum quanto dulcius verba christi in ip
sius ore resonabant q̄ȝ in ore cuiuslibet euan-
geliste referētis. cuius verba in tono euange-
lij proferuntur. Verba vero impijssimorum iu
deorum clamosi ⁊ cuȝ asperitate vocis ad de-
signandum ꝙ ipsi christo aspere loquebanṫ.
In fine tamen in quibusdā ecclesijs bn̄dictio
petitur. incensum portatur. ⁊ sub euangelij to
no legitur: quia finita est iam narratio passio-
nis. ⁊ extunc omnia v̄ba sunt euangeliste nar
rantis que post xp̄i mortē vsq̄ȝ ad resurrectio
nem contigerunt: In alijs tamē ecclesijs finis
passionis qui ad sepulturam pertinet in tono
legitur doloroso: vt planctus mulieꝝ de passio
ne xp̄i lamentātiū designetur. De quo plāctu
dicit dominus in euangelio. Filie hierusalem
nolite flere super me ⁊c̄. ⁊ ad maiorem deuoti
onem ⁊ amaritudinem propter christi passio-
nem in animis audientium excitandam. Et le
gitur super nudum pulpitum: prout sub feria
sexta dicetur. In offertorio. Eripe me petit
liberari. sicut ⁊ in responsorio. ⁊ est quarti to-
ni propter formam crucis. In postcommu
nione. Erubescant petit persecutores suos cō
fundi. ⁊ est primi toni vt sic ī regione quiescē-
tium gaudeat.

De tertia feria rubriba.

Ertia feria est si-
militˀ
de passione: quia manifeste
querebant eum interficere: vt
habetur in euangelio. Erat āt
pascha. ⁊ azima post biduum
⁊c̄. ⁊ quia ecclesia considerat salutem suam in
cruce tripliciter. s. in amore quem domin⁹ no
ster nobis ostendit in cruce. ⁊ in imitatōe cru
c̄is. ⁊ in salute nobis data per crucem. ideo di
cit in introitu. Nos autem gloriari oportet in
cruce domini ⁊c̄. ad gal. vi. c. Epistola vero
est. Dicit Jeremias: que est Jere. xi. c. ⁊ haben
tur in ea verba iudeorum de crucifixione chri
sti mittamus lignum in panem eius. idest ipȝ
qui se dicit panem in ligno crucis. Audierant
enim ꝙ ipse dixerat. Ego suȝ panis viuus qui
de celo descendit. ⁊ hoc erat dictuȝ per lignū
crucis destruamus ipsum vel doctrinaȝ eius.
Sequitur responsorium. Ego autem ⁊c̄. tertij
toni propter triplex meritum quod ibi notaṫ.
primum cum dicit. Induebar cilicio. idest nō
ostendam eis deitatem: sed asperitateȝ huma-
nitatis. ⁊ hec fuit humilitas ⁊ sapientia. Aliud
vero ibi. Humiliabam in ieiunio animam me-
am. scilicet non reddendo malum pro malo: sȝ
etiam pro eis orabam. ⁊ hoc est tertium. vnde
dicit. Et oratio mea in sinu meo conuertetur.
supple ex quo eis non prodest: quia non sunt
digni. Euangeliuȝ vero. Erat pascha. Mar-
ci. xiiij. c. est de passione. vbi dicitur ꝙ domin⁹
crucifixus fuit hora tertia. ⁊ hoc dicit vt ostē
dat eorum impetuositatem: quia ab hora ter-
tia linguis eum crucifixerunt dicentes. cruci-
fige. crucifige non cessantes. In offertorio
petit se custodiri a dyabolo ⁊ a mēbris eius.
Unde dicit custodi me de manu peccatoris.
idest dyaboli ⁊ ab omnibus iniquis erue me.
⁊ est secundi toni. In postcōmunione ad-
uersum me. ostendit malitiam persequentiuȝ.
⁊ meritum patientium. Sequitur ibi ⁊ in me
psallebant qui bibebant vinuȝ ⁊c̄. idest filij dy
aboli qui inebriebantur de calice babilonis.

De quarta feria rubrica.

Uarta feria est
illa
in qua dominus venditus fu
it a iuda: quia non solum vo-
luit pati pro nobis: sed etiam
vendi vt liberaret nos a ven-
ditione: quia primus parens vendidit nos dy
abolo per esum pomi vetiti. Unde ysa. gratis
venundati estis ⁊ sine argento redimemini.
Similiter multi vendunt se dyabolo per mo-
mentaneam dilectionem. sicut Adam vendi-
dit se pro esu pomi vetiti. Quarta ergo feria vē
ditus est sol iusticie ad nostram salutem. ⁊ q̄r
ta feria formatus est sol visibilis ad mundi lu-
cem. Orauit autem dominus sicut habetur
in euangelio huius diei flexo genu. ⁊ iccirco ī
introitu qui est philˀ. ij. c. inuitat ecclesia vt in
nomine domini omne genu flectatur: celesti-
um: quia eorum ruina reparauit: terrestrium:
quia eos liberauit: infernorum: quia eos edu-
xit de lacu in quo non erat aq̄: vt dicit zacha-
rias. ⁊ est tertij toni. propter tria que inuitant
ad flectendum genua. Sequitur ⁊ omnis lin-
gua confiteatur: quia dominus noster ihesus
christus in gloria est dei patris. ⁊ sumitur de
apostolo. Uerum tamen ordinator officij in-
tercepit verba illa ⁊ omnis lingua confiteaṫ.
eo ꝙ iudaica silet. Deīde sequitur lectio. Di
cite filie syon. ecce saluator tuus venit. ysa. lxij.
c. vbi habetur de mercede. dicitur etiam ibi.
Ecce merces eius cum eo ⁊c̄. Et dixerunt an-
geli. Quosdam enim latuit incarnatio. quis ē
iste qui venit de edon. idest de terra tīctis ve-
stib⁹. i. mēbris corporis q̄ sunt vestimēta diui
tatis. sanguīs purpura tincta de bosra. Bosra
citas ī moab. ⁊ īterp̄taṫ firma siue mūita hˀ ē

de inferno.i.de terrena habitatione.Transla-
tiue enim bosra est hierusalem.quam domin⁹
quondã firmauit auxilio sed facti moabite .i.
ex parte dyabolo vestes regis tinxerũt purpu
ra sanguinis. Respondit ego qui loquor iusti
tiam ⁊ sum propugnator ad saluandũ ⁊ dixe-
runt.Quare ergo rubꝝ est indumentũ tuũ: q̃i
diceret.Quare cruentatus es pressura crucis.
si tu iusticiam loqueris: At ille respondit. tor-
cular calcaui solus.s.pro omnib⁹ vt omnes li-
berarentur.⁊ de gentibus non est vir mecuꝫ.
Post lectionem vero cantatur responsoriuꝫ.
Ne auertas faciẽ tuã ⁊c̃.in quo orat christus
vt per passionem veniat ad gloriã. Quia ve
ro in agonia prolixius orauit vt habet̃ in euã
gelio.ideo sumit̃ offertoriũ ⁊ postcõio de psal
mo qui intitulatur oratio pauperis cũ anxia-
retur.excepto versu responsorij qui est.Saluũ
me fac deus qm̃ in.a.v.ad.a.meã. Epistola
est similiter de ysa.liij.c.Dñe quis credidit ⁊c̃.
in qua etiam describitur in codeꝫ scemate. in
quo ab euangelista representatur in passione
vbi dicitur . Non est ei species neqꝫ decor. ⁊
infra sicut ouis ad occisionem ducetur. P⁹
epistolã sequitur tractus.⁊ in solito mõ.s.ime
diate.⁊ hoc ideo quia ecclesia arti⁹ luget q̃ꝫ so
leat ⁊ se plangit vt dictũ est in quarta pte sub
ti.de tractu.Tractus enĩ significat plãtũ. ⁊ iõ
in tota sexta feria non dicuntur nisi tractus.
Responsoriũ vero est penitentiũ: ⁊ quia domi
nus non est ista die crucifixus: sed tantũ ven-
ditus.ideo non soluꝫ dicitur tractus verꝫ etiaꝫ
⁊ responsorium. Passio que sequit̃ appro-
pinquabat ⁊c̃. Luc.xxij.c.conuenit cũ prece-
dentibus in qua exprimitur consiliũ iudeorũ:
iude proditio: dñi passio. Postcõio est.Po
tũ meũ cũ fletu miscebã.potũ.s.passionis.quã
do videlicet sudor eius erat sicut gutte sangui
nis decurrentis in terrã. Põt etiã dici ꝙ duo
sũt nobis necessaria.s.oratio ⁊ patiẽtia.sꝫ ꝙ di
cit dñs.Orate pro persequentibus ⁊ calumni
antibus vos.Ad hec quidẽ duo inuitamur in
introitu ad orationẽ cũ dicit. In nomine ihe-
su omne genu flectatur ad patientiã exemplo
saluatoris.de quo subiungitur. Xp̃s factus ẽ
pro nobis obediens ⁊c̃. Non est enim obedi-
ens in tribulatione nisi qui libenter tolerat.
Due lectiones ideo leguntur: quia hac die do
minus traditus est pro duobus ⁊ a duob⁹ po
pulis. In quibusdã ecclesijs ad vtranqꝫ ge-
nua flectunt: quia ab vtroqꝫ populo adorat̃.
Preterea hac die sicut dicit Aug.consiliũ ini-
erunt iudei quõ ihesum dolo tenerent ⁊ occi-
derent.⁊ iudas venit ad eos . ⁊ pacti sunt sibi
pecuniam se daturos.Sicut ergo ecclesia rep̃
sentat in sexta feria actus iudeoꝝ.ita ⁊ in q̃r-
ta consiliũ eoꝝ. Quidam autẽ legunt primo le
ctionẽ illã.Dicite filie syon. ⁊ postea illã. Dñe
quis credidit.Alij vero econuerso. primi qui-
dã attendunt solum illud quod diximus. ⁊ ꝙ
venditio iude que facta fuit quarta feria passi
onẽ domini precessit. de qua venditione fieri
videtur sermo in illa lectione.Dicite filie syon
in illo verbo.Ecce merces eius cũ eo.Alij autẽ
attendunt ꝙ primus homo duas mortes ĩcur
rit.s.carnis ⁊ anime.⁊ xp̃s nos ab vtraqꝫ libe-
rauit.Et quia mors anime mortem corporis p̃
cessit.ideo prius legunt lectionẽ illã in qua a-
gitur de morte anime ⁊ de liberatione ab ip̃a.
De morte agitur in illa. Dñe quis credidit ⁊c̃.
ibi omnes quasi oues errauim⁹ . ⁊ vnusquisqꝫ
in viã suam declinauit.De liberatiõe vero sta
tim sequitur ibi.Dominus posuit in eo iniqui
tates omniũ nostrum. ⁊ iterꝝ si posuerit ꝓ pec
cato animã suã videbit semen longeuũ. Ad
animã etiam pertinet graduale vnicũ habens
versum.s. Ne auertas faciem tuã a puero tuo
i.ab eo qui paruus ⁊ humilis apparet in expe
rientia tribulationis. Sequitur versus.Sal
uum me fac ⁊c̃.vsqꝫ non est subã. Aque enĩ.s.
eductionis iudeoꝝ vsqꝫ ad animaꝫ saluatoris
tollendã peruenerunt.⁊ illi qui erant profun-
di limus.infirmitati eius preualuerunt.Sicut
autẽ saluator animã suã posuit pro animaruꝫ
nostraꝝ redemptione.ita ⁊ corpus subiecit ꝓ
corpoꝝ redemptione.Unde in secunda lectio
ne de ipsius corpore agitur sanguine proprio
rubricato.vbi dicitur.Quis est iste qui vẽit de
edon ⁊c̃.Et ibi quare rubrum est vestimentuꝫ
tuum ⁊c̃. Ipse respondit.Torcular ⁊c̃.Et quia
de sola miseratione passus est dñs pro nobis.
ideo propheta in personam ecclesie lectioneꝫ
illam concludit dicens. miserationuꝫ domini
r̃cordabor. laudẽ annunciaui super omnibus
que reddidit nobis dominus deus noster.
Quia vero quinqꝫ sensus corporis peccauim⁹
ideo sequitur tractus.Domine exaudi oratio-
nem meam ⁊c̃.habens quinqꝫ versus propter
quinqꝫ vulnera xp̃i.seu quia quinquies exiuit
sanguis ab eo.Primo in circumcisione.secun
do in oratione.tertio in flagellatione. quarto
in crucifixione.quinto in lanceatõe.Et in ip̃o
tractu genus humanũ petit auxiliũ. ⁊ confite-
tur defectum quẽ ex peccato primi parentis ĩ
currit cũ dicit.quia defecerunt dies mei sicut
fumus.Dies enim est vita hominis.cuius nox
est mors.sed hec vita est abreuiata ⁊ deficit ꝓ
pter superbiam primi parentis que per fumuꝫ
intelligitur ⁊ sequitur. Ossa mea sicut in frixo
rio confrixa sunt.Ossa sunt vires ĩteriores vel
fortes qui sunt in ecclesia qui carnes.i.carna-
les sustentant. Frixoriũ enĩ triplex est.scilicet

peccatoꝝ recordatio: primoꝝ cōpassio: futuri iudicij meditatio. In his frigitur bonus hō. Clauditur autē tractus sicut ꝛ lectio in misericordia dñi. vñ vlteriꝰ versus est. Tu exurgēs domine misereberis ꝛc̄. Hec igitur q̄rta feria priuilegiata est. qm̄ leguntur in ea due lectiones propter ordinandos in sabbato sequēti. Itē qꝛ in ea die xp̄s venditus fuit trigīta denarijs. sicut ꝛ Joseph triginta argenteis: quia seruus non est super dominū. nec discipulꝰ super magistrū. xxvi. di. quis dubitet. Et ab hac q̄rta feria sumptū est q̄ semper in q̄rta feria ieiunare ꝛ abstinere a carnibus. ꝛ carnalibꝰ desiderijs debemus. ꝛ in memoriā venditōis xp̄i hec feria secundū locū obtinet. pꝰ sextam feriam ꝑ totū annū in ieiunijs penitentialibus.

De quinta feria rubrica.

In hoc tractatu q̄nte ferie cene domini. hoc ordine procedemus. Naꝫ primo generaliter dicemus aliq̄ de officio sequentiū triū dieꝝ. Postea specialiter de officio huius diei. Et primo de introductione publice penitentiū in ecclesiam. ꝛ de sacramentis quibus hec quinta feria specialiter insignitur. Secundo de triplici olei consecratione. Tertio de huius diei misse officio. vbi etiā agitur de pedū lotione ꝛ offō vespertino. Quarto de altariū denudatione. ꝛ de officio vespertino. ꝛ tam de ipsoꝝ q̄ȝ de pauimenti ecclesie lotione. ꝛ de corporis domini reseruatione. ꝛ de quibusdam alijs.

Renotandum autē est q̄ ecclesia luget tribus diebus: qꝛ tot diebus fuit dñs in sepulchro. Sicut enī Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus ꝛ tribus noctibus. ita ꝛ filius hoīs fuit in medio terre ꝛc̄. quod sinodochyce dictū esse asserit Augusti. Nam pars illa sexte ferie qua fuit ī sepulchro accipitur ꝓ nocte ꝛ die sexte ferie. ꝛ nox diei dominice similiter pro nocte ꝛ die ipsius diei accipitur. dies vero sabbati integra est. scꝫ nox cū die suo. i. spaciū vꝫ vigintiq̄tuor horaꝝ. Est ergo sensus fuit dominus in sepulchro tribus diebus ꝛ tribus noctibus. i. tribus temporibꝰ quoꝝ quodlibet cōstat ex die ꝛ nocte. Sic eīʒ loqui consueuimus: qꝛ si aliquis etiā minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco diciꝫꝰ cū ea die ibi fuisse. Fuit itaq̄ȝ secundū ip̄m q̄draginta horis in sepulchro vꝫ q̄tuor horis sexte ferie. ꝛ. xxiiij. sabbati ꝛ. xij. noctis diei dñice: q̄a q̄drificum orbem morte transgressiōis decē mandatoꝝ mortuum viuificauit. Sed secundū premissa videtur q̄ triduana domini sepultura debeat celebrari sexta feria: sabbato ꝛ die dominico. Sed respondetᷣ q̄ qꝛ dñs in nocte diei dominice resurrexit. noctē illaꝫ ad honorē resurrectionis solenniter celebramꝰ. Unde necesse est q̄ in q̄nta feria preuēiamꝰ: ꝛ ita triduo. s. q̄nta ꝛ sexta ferijs ꝛ sabbato humiliationē domini in merore celebremus: q̄a ꝛ in quinta feria iā interuenerat nephariū cōmerciū iudaice proditionis. Quidam tamē cuilibetꝰ premissoꝝ triū dieꝝ. xxiiij. artribuunt horas. volentes xp̄i defuncti exequias septuaginta duabus horis celebrare. ꝛ tristiciā septuagīta duoꝝ discipuloꝝ merito per hoc exprimere.

Sane ecclesia his diebus tenebras colit. et matutinas in tenebris finit. Primo quia in luctu ꝛ in merore est propter domini passioneꝫ. ꝛ propter eius triduanā mortem exequias celebrat triduanas. Secundo officium tenebrarum significat. non taꝫ tenebras materiales q̄ fuerunt super faciem terre dum pendebat sol iusticie in cruce. Fuit enim tunc eclipsis miraculosa. nonnaturalis per tres horas. vꝫ a sexta vsq̄ȝ ad nonā inclusiue. Quā etiam spirituales que in illo triduo in cordibus fidelium extiterunt. Tertio per hoc q̄ tenebras colit tenebrarum primatus insinuatur: que his diebus inceperūt precedere dies. prout sub sabbato sancto dicetur. In his vero tribus diebus silēt campane: quia tunc siluerunt apostoli ꝛ predicatores ꝛ alij qui per campanas intelligunᷣ. Sonus autem campanaꝝ significat sonū predicationis. de quo dicitur. In omnem terraꝫ exiuit sonus eoꝝ. Non enim iaꝫ circuibant euangelizando vicos ꝛ vrbes: sed hymno dicto exierunt cum ihesu in montem oliueti qui cū dñs dixisset. Ecce appropiquat qui me tradet pre tristicia dormitauerunt ꝛ a laudibus conticuerunt. Unde ꝛ a completorio siue a vespera qua dominus traditus fuit campanaꝝ silētium inchoatur. A vespera autem qua dominus traditus est. quando videlicet discipuli fugerunt campanis silentium indicitur. Alij videlicet ad primam huius quinte ferie. ꝛ nō vlterius pulsant campanas. Fit tamen signum cum tabula. Primo ad significandum christi humilitatem qui se abscondit. ꝛ vsq̄ȝ ad mortem ꝛ sepulturam se humiliauit. ligni quidem vsus humilioꝛ eris sono. hoc ostendit. ꝛ inde ecclesia orientalis vsum adhuc tenet lignoruꝫ ꝛ vt populus humilioꝛ reddatur. Secundo ꝑ signum tabule terroreꝫ accipimus. Tabula ergo percutitur: quia magnus timor apostolis a

iudeis iucuciebatur. Tertio per lignum in li-
gno.malleum.s.in tabula suspensum intelligi-
mus xp̄m qui est lignum plantatum secus de
cursus aquaꝝ.qui in crucis ligno pependit.et
pendens orabat ⁊ predicabat dicens.pater di
mitte illis quia nesciunt quid faciunt. Cum li
gno autē tantum pulsatur: qꝛ tunc solus xp̄s
predicator habebatur. ⁊ solus torcular calca-
uit. Quarto per tabulam ipsam lignum fructi
feꝝ.s.xp̄s:per malleum quo tabula percutiť li-
gnum preuaricationis significatur.Quinto iō
campane ⁊ non signum tabule vel alterius hu
iusmodi silent:quia licet maiora signa nostra:
vꝫ apostoli a laude dei in xp̄i passione siluerūt
minora tamen signa vt mulieres non siluerūt:
īmo secute sunt ipsum vsqꝫ ad crucē. Prin
cipia quoqꝫ horaꝝ.s.Deus ī adiutoriū.⁊ fines.
s.per dn̄m.⁊ benedicamus. ⁊ huiusmōi dimit
tūtur.quia recessit ⁊ a nobis ablatus est sacer
dos ⁊ pastor bonus qui est alpha ⁊ o.i. princi
pium ⁊ finis.qui etiā est summus sacerdos. ⁊
caput nr̄m.⁊ traditus impijs.nec est a quo pe
tamus ꝙ intendat in adiutoriū nr̄ꝫ.Percusso
nanqꝫ pastoꝛ nostro:discipuli eius dispersi sť.
Sic ergo istud officium qd̄ caret principio ⁊
fine:quasi mortuuꝫ ⁊ viduatū videtur: quia et
patres nostri viduati post mortē xp̄i fuerunt.
Non dicitur etiā.Gloria patri:quia in xp̄i pas
sione abscōdita fuit.fortitudo glorie ip̄ius xp̄i
⁊ in eius morte trinitas visa est extincta.in cu
ius laude dicitur ille versus.De hoc etiam sub
dn̄ica de passione dictū est. Hoc etiā notatur
in quibusdaꝫ ecclesijs in quibꝰ his diebꝰ duo
tantum cerei ante altare ardent tertio extinc-
to:prout sub titu.de pascha dicetur. In his
quoqꝫ tribus diebus salutatio non fit: qꝛ dn̄s
vobiscum non dicitur. vt vitetur pestifera sa-
lutatio per quā iudas tradidit xp̄m.d. Aue ra
bi. Pax etiā non datur. ꝓ eo ꝙ iudas oscu
lo tradidit xp̄m.⁊ quia in duobus sequentibꝰ
diebus in altari non consecratur.nec dicitur.
Pax domini sit semper vobiscum. nec Dona
nobis pacē. In quibusdā tamē ecclesijs da
tur hodie pax.pro eo ꝙ hac die sacramentū sa
cramentoꝝ.s.eucharistie institutum est. His
quoqꝫ diebus fit officium humilius solito. ꝑꝑ
dn̄i humiliationē. ⁊ triduanā eius sepulturaꝫ
quā celebramus.Ueruntamen nocturnale of
ficium per quod significantur prophetie pro-
phetaꝝ alta voce ⁊ manifestius cātatur : quia
prophete ⁊ alij sancti patres veteris testamēti
alta ⁊ aperta voce que de xp̄o erant ventura
predixerunt.⁊ quod spiritus sanctus sibi dice
bat.remota formidine nuntiarunt. diurnū ve
ro officium per quod apostoloꝝ predicatio fi-
guratur voce demissa:⁊ quasi sub silentio can
tatur:quia tunc apostoli oīo tacuerūt.aut sal-
tem occulte predicauerunt. Incipit autē te
nebraꝝ officiuꝫ: zelus domus tue comedit me
i.amor vehemens ecclesie fuit causa quaꝛ pas-
sus sum. Non dicitur inuitatorium. ne inuite
mur.sed potius per silentium detestemur pe-
stiferꝝ iudeoꝝ consilium ⁊ conuentum factuꝫ:
vt Jhesum caperent in sermone .⁊ eum morti
traderēt.Preterea tunc apostoli dispersi erāt:
qui alios ad dn̄m inuitare ⁊ conuocare con-
sueuerant. Hymnus etiam laudis non dici
tur:quia tunc factus est opprobrium homīuꝫ
⁊ abiectio plebis. Finis dominice oratiōis
que dicitur ante lectiones dicitur in silentio :
pro eo ꝙ de euangelio sumitur: Nam tunc e-
uangelica enūciatio fugientibꝰ apostolis ces-
sauit. Et est notandū ꝙ xp̄s cuius est ip̄a o-
ratio auulsus a ceteris:⁊ q̄i in silentio orauit .
sed tunc fit sonitus per tactū ligni cum manu
qꝛ ⁊ xp̄s in ligno crucis pendēs voce magna
clamauit. Non dicitur etiā in lectionibus.
Jube dn̄e benedicere.nec Tu autē dn̄e:qꝛ re-
cessit pastor ⁊ sacerdos qui gregi benedicere
⁊ misereri debet. Sed qꝛ illū propter peccata
amisimus ad hoc vt eū recupare valeamꝰ am-
monemur per versum illum. Hierusalē hieru-
salē conuerteꝛ ad dominū deū tuū qui in fine
lectionū dicitur vt ad penitentiā cōuertamur
nā post luctū possumus gaudere.Per hoc au
tem ꝙ dicitur bis hierusaleꝫ. arguitur duricia
iudeoꝝ ⁊ peccatoꝝ sicut alibi in euāgelio.Hie
rusalem hierusalem que occidis ꝓphetas ⁊c̄.
Rursus per iube domine . intelliguntur ad
predicationem euntes. per tu autem inde r̄de
untes.Ideo ergo neutrum dicitur. quoniam
apostoli quos representant.qui lectiōes legūt
his diebus fugerant.Unde nec ad predicatio
nem missi sunt.nec qui missi erāt sublato do-
mino redierunt. Omnes antiphone sunt d̄
passione ⁊ compassione. In his etiam tri-
bus noctibus nouem psalmi noueꝫ lectiones
⁊ nouem responsoria diuisum per singula no-
cturna cantantur ad ostendendum ꝙ christꝰ
in infernum descendens tria hominum gene
ra.s.virgines coniugatos ⁊ continentes. inde
rapuit ⁊ ad angelorum societatem transuexit.
que tria genera in euangelio distinguuntur ꝑ
eos qui in mola.per eos qui in agro.⁊ per eos
qui in lecto sunt.Tria ergo hominum genera
s.qui fuerunt in lege naturali. ⁊ in tempore le
gis ⁊ prophetarum per tria nocturna recoli-
mus.⁊ sicut illi per mortem domini in tribus
sociati sunt nouem ordinibus angelorum.s.in
actionibus:cognitiōibus:⁊ gaudijs. ita ꝑ tres
noctes dominice sepulture nouem psalmi:no
uem lectionibus ⁊ noueꝫ rn̄sorijs subdiuiduť.

psalmi enim ad actiones. lectiones ad opertũ dei cognitionem. responsoria vero ad gaudia ⁊ ad cantũ pertinent angelorũ. Ceterũ tres prime lectiones. vel in quibusdam ecclesijs sex sunt de trenis. Jere. deflentis captiuitatẽ populi sui. non solum babilonicam sed etiam romanam quam incurrerunt propter passionẽ domini. ⁊ ideo dicuntur lamentabiliter in personam sanctorũ de iudeis qui deflent casũ gẽtis sue. Sicut enim ille deplorauit mortem iosue regis occisi. in futuram destructionem gẽtis. ita ⁊ nos deploramus mortem ⁊ passionẽ xp̃i regis nostri. Jn fine autem lamentationũ dicit idem Jere. spiritus oris nostri xp̃s dominus captus est in peccatis nostris. Alie vero tres sunt de expositione psalmi tractantis de passione. ⁊ ideo voce depressa legũtur tres vltime õ epistola pauli. prima ad corinthi. cõuenientibus nobis in vnum ⁊c̃. vbi ostẽdit apostolus quomodo debet cena domini sumi. Ex quibus sex lectionibus apparet ꝙ prophete p̃uiderunt xp̃m occidendum. ⁊ apostoli docẽt occisum. Dicuntur autem treni. i. lamentationes a trenato monte. vbi lamenta animarũ que ibi puniuntur sepe audiri dicuntur. Jnde etiam dicitur trenum quod est carmen lamẽtationis ⁊ funeris. Dicuntur etiam treni: quia semper tres versus post vnamquanq̧ litterã ebraici alphabeti sequuntur. quod alphabetũ totũ ꝑ ordinẽ ĩ illis lamẽtatõib⁹ ponitur. Primo quia mos fuit ebreis illud ponere in eorũ cantibus. siue luctus. siue letitie alicui⁹ rei mł'tum notabilis. prout patet in vltimo. c. prouerbiorũ. Mulierem fortem ⁊c̃. ⁊ in quibusdã alijs locis. prout habetur in prohemio libri r̃gũ. Secundo quia sicut dicit Hieronimus in eodem prohemio ⁊ in prologo biblie. versus quibus dicte littere anteponuntur in lamentationibus Jere. incipiunt in hebreo ab eisdem litteris. Tertio vt per hoc notetur cecitas ⁊ duricia iudeorũ. qui res tanq̃ alphabetum notissimas videlicet passionem filij dei intelliger̃ ⁊ credere nolunt. dicente propheta. Miluus in celo turtur ⁊ ciconia cognouerunt temp⁹ aduentus sui: israel autẽ me non cognouit. ⁊ populus meus non intellexit. Quarto quia interpretationes litterarũ ipsarũ maxima ex parte cõtinent sententiam versuum quibus anteponũtur. Circa quod notandum est ꝙ aleph interpretatur doctria. Beth domus. Gimel plenitudo. Deleth tabularũ seu scripturarũ. Hec siquidem est prima connexio litterarũ ipsarũ. vbi dicitur ꝙ doctria ecclesie que est domus dei. est in plenitudine scripturarũ. He. ista. Uau. et Zay. Hec. Beth. vita. Hec est secunda connexio. vbi dicitur ꝙ ista ⁊ hec doctrina quã pre

diximus est vita qua viuim⁹. Thet bonũ. Joth principium. Hec est tertia connexio. vbi dicit̃ ꝙ bonum est principium per scripturas quasi per speculum saltẽ in enigmate agnoscere dominum. Caph manus. Lamech cor vel disciplina. Hec est quarta connexio. vbi dicitur. ꝙ in vtero cordis disciplina exigitur: quia nihil facere possumus nisi que faciẽda erunt agnouerimus. Men ex ipsis. Num sempiternum. Samech adiutorium. Hec est quinta connexio vbi dicitur ꝙ ex ipsis scripturis est nobis sempiternum auxilium. Aym oculus. Phe errauit. Sadech iusticia vel consolatio. Hec est sexta connexio. vbi dicitur ꝙ sepe dicta scriptura est oculus errantibus ⁊ cõsolatio. Coph aspice. Res caput. Syn super vulnus. Thau signum vel consumatio. Hec est septima cõnexio. vbi etiam in numero fit misticus intellectus vbi dicitur. Aspice scriptura contineri caput nostrum a quo habemus medelam super vulnera. ⁊ consequimur consumationẽ idest vitam eternã. Sic ergo saluatoris exequie celebrantur vt in modico aspice in aliorum defunctorum exequijs distare videantur. Cõsequenter candele ⁊ lumen extinguuntur. nã hee trenebre tribus noctibus celebrate significant tenebras que tribus horis fuerunt xp̃o ĩ cruce pendente. vel ideo trib⁹ noctib⁹ lumẽ extinguitur: quia verum lumen triduo iacuit ĩ sepulchro. Circa quod aduertendum est ꝙ quidam accendunt septuagintaduas candelas. quidam vigintiquatuor. quidam nouem. quidam quindecim. quidam duodecim. quidam septem. ⁊ secundum quosdam non ẽ numerus certus. omnes tamen nõ sine misterio agunt. Septuagintadue candele que extĩguũtur designant septugĩtaduos discipulos. quorum predicatio in morte christi pene extincta est. significant etiam ꝙ dominus septuaginta duabus horis iacuit in sepulchro per synodochen intellectis. vel tot accenduntur propter septuagintaduas nationes seu genera linguarum. Uigintiquatuor candele accenduntur. Primo quia sol iste qui mundum vigintiquatuor horis diei ⁊ noctis illuĩat. significat christum verum solem qui extinguitur: quia christus occubuit vespere passionis. ⁊ tenebre facte sunt super vniuersam terrã. Secudo dies cuius maius lumen christus est. nox vero cuius minus est lumen ecclesia est. Luminaria sunt apostoli ⁊ alij viri apostolici qui sunt quasi vigintiquatuor hore: que diei christo et nocti ecclesie famulantur. Uigintiquatuor luminaria ergo extinguuntur: quia apostoli in vnoquoq̧ die per vigintiquatuor horas latuerunt. Tertio vigintiq̃tuor candele designant

vsuz. Gloria p̄ri ⁊c̄. qui ī nocturnis festiuitatū
vigintiquatuor vicibus solet dici. primo post
deus in adiutorium. Secundo post inuitato-
rium. Tertio post hymnum nouies in psalmis
trium nocturnorum. ter ī responsorijs. ⁊ te de
um laudamus quasi gloria patri est. Iterū ad
laudes semel post deus in adiutorium. quinq̄
es in psalmis sequentibus. semel in hymno. et
semel post benedictus. Uersus enim ipse in h̄
officio tacetur vt premissum est: quia ille ī cu-
ius laudem dicitur in sepulchro iacet. ideoq̧
vigintiquatuor candele ad hoc designandum
extinguuntur. Uel significant duodecim apo
stolos in quorum honorem totiens dicit̄ glo
ria patri in nocturnis: prout dictum est in ꝓ-
hemio quinte partis. Quindecim cādele signi
ficant duodeciz apostolos. ⁊ tres marias que
sequebantur dominum que extinguunt̄. quo
niam tunc omnes laudes dei tacuerunt. apo-
stolis tamen fugientibus ipse marie: quia mi-
nus timebant circa christuz quo ad poterant
versabantur. Unde legitur. Pelli mee cōsum-
ptis carnibus ad os meuz. ⁊ de. sunt tā. l. m. c.
den. meos. labia. i. mulieres que sunt quasi pel
licula circa dentes. Uel quatuordecim ex illis
candelis significant quatuordecim articulos
fidei. quorum extinctio significat extinctionē
fidei factam in fuga apostoloruz. extinctio ve-
ro vltime candele. significat mortem christi.
Duodecim candele accense representant duo
decim apostolos que extinguuntur. ad notan
dum ꝙ apostoli tunc siluerunt ⁊ fugerunt. et
pene extincta est fides in eis. Nouem cande-
le significant genus humanum. quod per pec
catum se a nouem ordinibus angelorum. ⁊ a
vera luce exclusit. Septem candele significāt
gratiam spiritus septiformis que in cordibus
discipulorum pene fuit extincta. Ubi vero nō
obseruatur certus candelarum numerus: sed
quilibet laicus pro velle candelam suam appo
nit. huiusmodi candele significant prophetas
⁊ alios sanctos patres qui christum venturuz
lumen nostrum preannunciantes. ⁊ verba sa-
lutis predicātes: diuersis penis vexati mortui
sunt ⁊ extincti. Porro omnes candele non
simul. sed vna post aliam extinguuntur: q̄r di-
scipuli non simul a christo: sed successiue vn⁹
post alium discesserunt. Alia etiam ratio iam
sequitur. Quidam extinguunt eas post singu-
la cantica vsq̧ ad plenam extinctionem figu-
rantes ꝙ in singulis canticis siue psalmis me
stitia decidimus: quia verus sol occubuit. gau
diumq̧ nostrum in luctum est conuersuz. Iu
xta illud. Cecidit corona capitis nostri. cōuer-
sus est in luctum chorus noster. Alij in tribus
vicibus eas extinguunt. recolentes triduanaz
domini sepulturam. In quibusdam quoq̧
ecclesijs candele quadā manu cerea extinguū
tur. que significat manum iude. de qua domi-
nus dixit qui intingit manum mecuz ⁊c̄. que
fuit quasi cerea. idest ad malum flexibilis. per
quam christus rex noster ⁊ vera lucerna tra-
ditus fuit. ⁊ q̄ntum in illo fuit extinctus. Can-
dela autem que in medio est non extinguitur:
sed in fenestra vel in archa seruatur occulte vt
postea reueletur. ⁊ ecclesiam illuminet. Nem-
pe candela ipsa seu eius lumen occultatum si
gnificat. Primo fidem que in sola virgine re-
mansit. per quam postea omnes fideles docti
⁊ illuminati sunt. Secundo significat christū
qui licet videretur secundum carnem extinc-
tus. tamen secundum diuinitatem que illis e-
rat occulta viuebat. ⁊ postea resurgens cū lu-
ce clarissima se suis discipulis manifestauit.
Tertio occultati luminis quod videbatur ex-
tinctum reuelatio. notat fidei illuminationem
in apostolis ⁊ in alijs. in quibus tunc pene ex
tincta erat. Quarto notat fidem post infideli-
tatem. Quinto notat ꝙ ignis spiritus sancti q̄
in fidelibus videtur extinctus iterum reluce-
scet in eisdem. Sexto luminis renouatio. Se-
ptimo luminaria successiue vnum post alterū
extinguuntur. ⁊ vnum quasi pene extinguitur
quia absconditur. ⁊ post ea reuelatur: ad notā
dum ꝙ puersi vinee cultores. ⁊ generatio pra
ua nuncios patris videlicet prophetas per va
ria tempora completo suo misterio prophecie
occiderunt: ⁊ tandem patris heredem quem ī
sepulchro posituz lumine occultato figuram⁹:
cuius luminis reuelatio est resurrectionis ei⁹
manifestatio ⁊ commemoratio. Sane can-
dela que vltimo extinguitur est maior ceteris
secundum quosdam. ⁊ significat christuz qui
fuit dominus prophetarum. Secundum alios
vero non est maior ceteris. ⁊ similiter signifi-
cat christum qui reputatus est vnus ex ꝓphe
tis ⁊ vltimus extinguitur: quia nullus post eū
apud illos propheta surrexit. sed extinctus eis
perfidie tenebras dereliquit. Et ad canticuz e-
uangelicum candela ipsa extinguitur: q̄r chri-
stus euangelizans occiditur. Et attende ꝙ
in hoc officio pastoris officia vt capitulū sub
ticentur: quia pastores dispersi fuerant. versus
tamen quod est minorum officium non omit
titur: quia discipuli minus cogniti videbātur.
Unde ⁊ hoc officium triduanuz potius a mi-
noribus celebratur. in typo minorum discipu
lorum ⁊ mulierum que dominum sequeban-
tur. Uociferatio ad benedictus ⁊ tumult⁹
popularis qui tunc fit: concrepatio est iude ꝓ
ditoris ⁊ tumultus cohortis quam cum gladi
is ⁊ fustibus iudas contra christum adduxit.

vel ceci discipuli salutatio dicentis. Aue rabi.
Tertio canticum ipsum tunc alta voce dicitᷣ.
ad notandum: quia multi interfecto antechri-
sto gaudebunt. Clangor canentium kyrielei-
son est tumultus dominum persequentiū. et
eum yronice adorantium. vel significat lamē-
ta sanctarum mulierum que sequebantur do-
minum. que leguntur postea lamentari seden-
tes contra sepulchrum. Tropi vero idest vꝰ-
sus illi qui in his tribus noctibus cum kyrie-
leyson. ⁊ Domine miserere quasi lamentabili-
ter cantantur. significant lamentatōnes ⁊ do-
lores mulierum de cognatione sua que a gali-
lea fuerant secute Jhesum inter q̃s erant ma-
ria magdalēa. ⁊ maria iacobi. ⁊ maria solome:
plorantes iuxta sepulchrum. In quibusdā
etiam ecclesijs tropis cantatis procedētes ad
terram dicunt in tenebris sub silentio. misererᷣ
mei deꝰ. ⁊ collecta. Respice quesumus domi-
ne. in quo timor apostolorum in occultis no-
tatur. Postea fit cum manu vel alio quidā
modo sonitus ante luminis reuelationē: qui
sonitus representat terroris eorum incussiōē
vel ex tumultu cohort[is] vel ex terremotu: In
quibusdam tamen ecclesijs ignis nouus de la-
pide producitur: quia per christum mediatorē
nostrum nobis spiritus sanctus infunditur.

Ab hac quoqꝫ die ad octauā pēthecostes
in quibusdam ecclesijs officiū beate Marie
omittitur: vt memorie atqꝫ reuerentie passio-
nis ⁊ resurrectionis. de quibus ī ecclesia hoc
tempore agitur ardentius insistatur. Cum enī
honor ⁊ obsequium specialiter hoc tempore
christo eius nato in nostra humanitate passo
⁊ glorificato impensum redundet in ipsā ma-
teriam. nulla quidem sibi fit iniuria ipsum offi-
cium omittendo. Omittitur etiam officium
mortuorom: quia cum recordatio beneficiorū
christi. precipue que ipse passiōis ⁊ resurrectio-
nis sue tempore contulit omnem nostrum ef-
fectum ⁊ intellectum requirant. Proinde ec-
clesia illud solum officium quod ad ipsū chri-
stum spectat. in quo de eius passione et resur-
rectione agitur: eo tempore agit. vt sic non ad
plura dispersa. ad vnum duntaxat vehementi-
us occupetur. Nec per hoc defuncti qui sunt
in purgatorio dispendium patiuntur: quia cū
sint nobis per caritatē vniti. beneficia nostra
secundum ꝙ meruerunt participantur ab eis
nec expressiꝰ memoria pro illis fieri posset q̃ꝫ
agendo memoriam de nocte ⁊ resurrectione
christi. per quam a penis liberari expectant. ex-
tra ecclesiam tamen vtile est ipsa officia dice-
re.

De diurno huius diei officio rubrica.

Sequitur de di-

urno huiꝰ diei officio videre.
Et quidem hec quinta feria ī-
signitur sacramentis. tum ab
ecclesia. tum a domino insti-
tis. in qua die primo penitentes in ecclesia in-
troducuntur. qui in capite ieiunij de ea eiecti
fuerant. Unde ī canone Inno. ita legitur. de
penitentibꝰ vero qui siue ex grauiolibꝰ omissᷣ.
siue ex leuioribus penitentiam gerunt. si nulla
interueniat egritudo quinta feria ante pascha
eis remittendum romane ecclesie cōsuetudo
demonstrat. Primo ergo de penitentium in-
troductione in ecclesiam dicturi. aliqua de ip-
sorum eiectione premittamus. Siquidem mi-
sericors ⁊ miserator dominꝰ. cuius misericor-
die non est numerus. sicut in psalmo habetur
misericorditer semper agens. ⁊ peccatorum sa-
lutem siciens. per huius mundi pelagus peri-
culose nauigantibus. ⁊ quandoqꝫ fluctuanti-
bus. inter alia multa remedia specialiter duas
naues siue tabulas parauit. prima ē baptismꝰ.
secunda penitētia. sicut apostolꝰ ait ad ephe.
Et quid ꝙ penitentes de ecclesia eiiciuntur re-
presentat exilium ⁊ eiectionem Ade ⁊ Eue de
paradiso. propter esum pomi. Peccatores er-
go de ecclesia eiicimus. ⁊ eiectis penitentiam
septennem aut aliam pro criminum qualitate
imponimus. ⁊ eiecti per septem ebdomadas
extra morantur: quia genus humanum in A-
dam lapsum iudicio dei in hoc exilio septē mi-
libus dampnatur annorum. Maria quoqꝫ la-
psa septem diebus extitit extra castra. Forma
eiectionis habetur in concilio agathen̄. Eiecti-
onem vero Caym a facie domini representat
ecclesia excommunicando viros sanguinum.
precipue cum candelis extinctis: quia ⁊ ille et
isti spiritum vicijs extinxerunt. que candele ī
prolatione anathematis debent proici. ⁊ pedi-
bus conculcari. nec vlterius debent ad aliquē
vsum sicut nec sal in fatuatum assumi. Eiecti
ferunt candelas in manibus ad significandū
ꝙ pro opere quo primi parentes porrexerunt
manus ad pomum vetitū apposita est ignea
rūphea in paradiso. Clauduntur coram eis fo-
res ecclesie in signum aditus paradisi quodā-
modo obclusi. Quod de loco ad locū vadūt. si-
ue in exilium mittuntur. significat ꝙ caym pꝰ
mortem fratris profugus ⁊ vagus fuit sup ter-
ram. Qđ cilicijs ⁊ laneis vtuntur. de Job trac-
tum est qui penitentiam fauilla ⁊ cinere agēs
sacco se operuit ⁊ de niniuitis qui similiter fe-
cerunt. Cilicium quoqꝫ portant in signum
pelliciarum tunicarum ade ⁊ eue. Joannis ēt
habitū recolentes. Carcer penitentie a ioseph

initium habuit. ꝙ comam ⁊ barbaʒ nutriunt.
tractũ est de Joseph: cui in carcere posito ista
excreuerunt. ꝙ iacent aut sedent in terra. sum
ptum est de Job qui in sterquilinio sedit. Jn
terra etiam comedunt quasi ipso facto dicãt.
maledicta es terra in opere tuo. nõ dicitur eis
aue quia nondum mutatum erat nomen eue
ꝙ pedes nudant nuditatem representant ade
innuentes ꝙ indigent ornatu glorie. ꝙ bacu-
lis vtuntur. tractum est de Jacob: qui peregri
nans in baculo iordanem transiuit. Jn his
etiam omnibus inuitantur ad humilitateʒ ad
purgatoriam confessionem. ⁊ tam peccatoruʒ
q̃ʒ eterne pene meditationem. ⁊ ꝙ sint memo
res sue peregrinationis. Nam ꝙ eiiciunt de
ecclesia ⁊ post eos cantatur in sudore vultus
tui vesceris pane tuo. hoc ideo fit vt videntes
ecclesiam pro eis esse confusam magis ac ma-
gis confundantur. Jn vestimentis quippe sor
didis ⁊ excremento crinium ⁊ barbe: multipli
cato miserie peccatorum insinuatur: quasi di-
cant ipso facto. Jniquitates mee multiplicate
sunt super capillos capitis mei. ꝙ in terra ia-
cent eis eternam damnationem ad memoriã
reducit. quasi dicant. Domine perdes omnes
qui in terram descendũt. idest qui dediti sunt
terrenis nisi resipiscant. ꝙ de loco ad locuʒ cũ
bacculo vadunt. eis ad memoriam peregrina
tionem suam reducit: qui per peccatum reces
serunt a deo. Jn baculo enim intelligitur cor-
rectio: consolatio: ⁊ sustentatio. quasi dicant.
virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me cõsolata sũt.
Est autem baculus cubitalis: quia in qua mẽ-
sura messi fuerint remetietur eis. Sed que-
ritur quare hac die penitentes in ecclesiaʒ in-
troducuntur. Respondeo in quinta feria deus
creauit pisces ⁊ volucres. pisces in aquis reli-
quit. volucres ĩ aera leuauit. Juxta illud. Ma
gne deus potentie qui ex aquis ⁊ cetera partĩ
remittis gurgiti. scilicet pisces. partim leuatis
in aera. scilicet volucres. Per pisces intelligũ-
tur cupidi auari ⁊ luxuriosi: qui in fluxu cupi-
ditatum huius mundi delectantur. Volucres
sunt spirituales qui in spiritualem conuersati
onem quasi in aera leuantur. Penitentes igi-
tur in quinta feria introducuntur. ⁊ quasi se-
gregatim a malis ⁊ ab huius mundi delicijs ĩ
celis animo conuersantur. Preterea ĩ fine q̃n
te etatis quam hec quinta feria significat Jo-
annes baptista penitentiam predicauit: ⁊ do-
minus noster venit in mundũ peccata absol-
uens. prout in prima huius diei oratione dici
tur. Rursus in hac die institutum est sacra
mentum sacramentorum. scilicet corporis et
sanguinis domini: cuʒ dominus vetus finiuit
testamentum ⁊ nouum inchoans. paneʒ ⁊ vi-
num in corpus ⁊ sanguinem suuʒ transubstã-
tiauit. quod est sacramentum misericordie: q2
ergo christus solus de misericordia crimina tol
lit. vt premissum est. ideo penitẽtes hac die re
conciliantur: quia hac die misericordie conse
crauit sacramentum. ⁊ inde est ꝙ missa huius
diei solenniter cantatur. vt ibi dicetur. Meri-
to igitur hac die que tota in remissionem pec
catorum consecrata est. penitentes reconciliã
tur ad percipienda corporis ⁊ sanguinis do-
mini sacramenta. Decuit itaqʒ hoc sacramẽtũ
sacramentorum ĩ fine institui quinte ferie ad-
ueniente sexta feria. eo ꝙ in fine quinte etatis
⁊ in primordio sexte lex finem ⁊ euangelium
sumpsit exordiuʒ propterea hac die absoluun-
tur quia in ea die christus fuit captus ⁊ ligatus
q̃ ligatio absolutioneʒ nostrã optata ẽ. Hac ẽt
die xp̃us lauit pedes discipulorum suorum: vt
pedes ⁊ affectus nostros lauet. idest soluet a
peccatis. Forma vero reconciliationis est
hec. Exit pontifex ad ianuas patentes ecclesie
vbi iacentes penitentes prostrati in terra. ⁊ e-
os vice christi vocat ad timorem domini. di-
cens ter venite ve. ve. filij audite me. timorem
domini docebo vos. hanc esse christi vocem
probat ti. psalmi. xxviij. de quo sumitur qui ta
lis est psalmus dauid cum mutauit vultum su
um coram abimalech. abimalech interpretatur
patris mei regnum: per quem iudeos accipimus
coram quibus verus dauid mutauit vultuʒ su
um. idest sacrificandi ritum. ⁊ ferebatur ĩ ma-
nibus quando panem ⁊ vinum dedit discipu
Tentauit. Itē ibi prius legitur Apprehendent septē mulieres rc̄. ꝛ postea scripsit moyses rc̄. hic vero econuerso. Circa qđ notandū est ꝙ duo fuerunt patres. vnus ſm carnē .s. Adaʒ q̄ ꝓpter inobedientiam deo displicuit. ꝛ in quo oēs peccauerunt ꝛ mortui sunt. alter ſm spm sanctū Abrahā qui propter obedientiā placu-it deo ꝛ eius imitatores liberati sunt ꝛ viuunt De prima agitur ī vigilia pasce. Unde tunc p̄-mo legitur. In pricipio rc̄. vbi describit̄ digni tas hoīs pro quo oīa facta sunt vt cā eius mi-serabilior appareat. ꝛ inde est ꝙ non sequitur ibi canticū: qꝛ non bene nobis cantauit īmo ꝑ eū nascimur ad luctū. Adiicit̄ tn̄ lectio Factū est in vigilia rc̄. in quo ꝑ figurā maris rubri a-gitur de baptismo in egigyptijs spualibus sub mersis veri filij israel liberati sunt. Unde sequi tur ibi cāticū victorie seu letitie .s. cantem⁹ do mino. Sed qꝛ imitores ade ad hoc vt liberen-tur. primū instruendi sunt ī fide: ꝛ postea ī mo ribus. iccirco primo legitur ibi lectio illa app̄-hendent. in q̄ de fide agitur. ꝛ in q̄ xp̄s a septi-formi gratia spiritus sancti apprehensus ostē-ditur. ꝛ postea illa scripsit moyses. in q̄ agit̄ de moribus. In hac autē vigilia agit̄ de p̄re spua li .s. Abrahā. vnde legitur tunc prima lectio. scʒ Tentauit deus abrahā. ꝛ p⁹ eā dr̄ canticū leti tie: qꝛ nobis bene cātauit ꝛ peius fidē ad gau diū ꝓperamus. Unde dictū est ei in semīe tuo benedicentur oēs gentes. Aiunt tn̄ q̇dā nullū tractū sequi debere: qꝛ post ꝓmissionē sibi fa-ctā nullū cecinit canticū abra. qꝛ nullū socium cū quo cantaret habebat solus dei cultor ꝛ pe regrinus in terra aliena. Hec autē lectio bene cōgruit huic diei: qꝛ in effusionē sp̄s sancti da ta est gentibus benedictio. de q̄ dixit dn̄s ad abrahā. In seīe tuo benedicent̄ rc̄. huic etiam recte congruit orō. Deus q̄ abrahe rc̄. Scd̄a lectio est. scripsit moyses q̄ datā legē declarat q̄ hodie data est. ꝛ nouā significat q̄ in cordi-bus fideliū diffusa est. vnde canticū seq̄t̄ ī quo eterna letitia repromittit̄. Sed qꝛ veri abrahe filij bonos habuerūt mores an̄q̄ʒ. vij. mulieres app̄henderunt viꝝ vnū. i. an̄q̄ʒ xp̄us septiformi gratia sp̄s sancti repletus nasceret̄. ꝛ postea ī no. test. ꝑ baptismū xp̄o coniuncti sunt. iđ po-stea legit̄ lectio App̄hendēt septē mulieres vi rū vnū q̄ septē dona sp̄s sci ꝓnunciat. q̄ bonis moribus quēlʒ viꝝ informant. Unde sequitur canticū: qꝛ bonos mores gaudiū cōitat̄. Quar ta lectio .s. Audi israel virtutes q̄ dona comitā tur insinuat: vt sapientiā: prudētiā: lumē ꝛ pa-cē: vn̄ canticū seq̄t̄: qꝛ pro his ꝛ in his eternali ter gratulabimur. Prima quidā resonat histo riā. ſa allegoriā. tertia tropologiā. q̄rta vero a-nagogē. Prima ergo lectio est Tentauit deus abrahā. Sed q̇d ꝑtinet mō dicer̄ de īmolatōe ysaac. magis enī ꝑtineret ad vigiliā pasce. Rn̄-deo dicitur ꝓpter ꝓmissiones q̄ sunt ibi: vide licet multiplicabo semen tuū sicut stellas celi. baptizati enī sunt stelle. ꝛ iteꝝ in seīe tuo bap-tizent̄ oēs gentes. hoc enī nō conuenit bapti-zatis q̇ sunt veꝝ semen. i. veri filij abrahe. In le ctōe vero app̄hendent. vij. mulieres rc̄. ꝑ septē mulieres significant̄ septē dona spus sancti q̄ dantur in baptismo alia patent. Postea fit ꝓ-cessio ad fontes sicut ꝛ in vigilia pasce. ꝛ can-tat̄ missa sine ītroitu: qꝛ ecclesia nō hꝫadhuc spm scm̄ saltē in tanta plenitudine in q̄ʒta ex-pectat eū in crastino q̇ est p̄ncipiū ꝛ finis oīs boni. In vigilijs ergo pasce ꝛ penthe. incipit missa a kyrieleyson sine introitu ꝓut dictū est ibi. ꝛ dicitur gloria in excelsis deo. ꝛ hoc more apl'oꝝ q̇ etiā priusq̄ʒ spm sanctū acciperēt erāt iugiter in tēplo laudantes ꝛ benedicentes do minū. Rursus qꝛ angeli gaudent de renatis. iđ subiungitur gloria in excelsis. Postea sequit̄ epistola de actibus apostoloꝝ cū appollo rc̄. i q̄ habet̄ ꝙ Pau. baptizabat baptizatos a Joh. i. q. i. dedit: qm̄ in spm scm̄ nō credebāt. Dixerīt enī. Sed neq̄ʒ si sp̄s sanctus est audiuim⁹. P⁹ mōʒ sequit̄ vnū all'a .s. Confitemī in grāꝝ acti-one ꝓ baptizatis: qꝛ ab oī peccato liberati sūt. Dicit̄ ergo hodie all'a. nec dr̄ flectamus genua qꝛ hoc est ieiuniū exultatōis ꝛ letitie ꝓpter re-surrectionē ꝛ ascensione. Sequit̄ tract⁹. Sʒ q̄re hoc cū sp̄s sanctus oīa faciat leuia? Ad h̄ dicendū est ꝙ hoc fit propter baptizatos: qui multos tractus miseriaꝝ passuri sunt si vixerīt.

Postmodū sequit̄ euangeliū Jo. xiij. c. đ ꝓ missione sp̄s sancti. si diligitis me mādata mea ſuate rc̄. Credo in vnū deū nō est etiā omittē dū: qꝛ cū symbolū hoc deriuatuʒ sit a symbolo apostoloꝝ fidē quā habebant insinuat. Of-ferenda Emitte manifeste ad ꝑationē spirit⁹ sancti pertinet: quia per eū renouat̄ facies ter re ex delicto ade maledicta per eū dn̄s benedi citur. per eum celum sicut pellis extenditur id est scriptura vt quasi nihil lateat explanatur. si militer ꝛ cōmunio. Ultimo rc̄. Jo. vij. c. ad eā-dem pertinet spiritus sancti operationem qui facit flumina velut aque viue de ventre credē tis exire idest affluentiā salutaris doctrine: et est vt quibusdam placet hec missa per benedi-camus domino concludenda. In vesperis hi psalmi secundum quarundam ecclesiarum consuetudinem concinuntur .s. Laudate pue-ri. Laudate dominum omnes gentes. Lauda anima mea dominum. Laudate dominū quo niā bon⁹ ē p̄s. Lauda hierusalē dn̄ʒ: eo ꝙ ī his psalmis laudes dei magl' resonare videt̄. Ubi enī sp̄s spirat organum ad laudes inuitat.

Enthecostes

sicut ⁊ pascha apō hebreos ce
lebre festū erat: ꝙ post .v. deca
des pasce celebratur. vn̄ ⁊ vo-
cabuluꝫ sumpsit. Nā penthe.
dicitur a pentha qđ est q̄nqꝫ ⁊ costes qđ ē de
cē. Uocat̄ enī pen. q̄nq̄gesimus dies a pascha
ꝓut iā dicet̄. Inter hoc festū ⁊ aduentū do
mini cantat̄ All'a. ⁊ Gloria in ex. deo. ꝓut dcm̄
est in ꝓhemio hꝰ ꝑtis. ⁊ sub ti. de septē diebus
pꝰ pascha. Jccirco autē all'a frequenter canta-
tur per totā ebdomadā penthe. qꝛ ꝑ dies pen-
the. ecclesia per baptismū deo ppl'os cōgregat.
⁊ ideo saluti eoꝝ congaudens quousqꝫ albis v
tuntur uestibus hymnū laudis decantāt. Tūc
enī stantes oramus in signū liberatōis eorūdē
qui per dona spiritus sancti de morte ad uitaꝫ
resuscitari meruerunt. Hac enī die missus ē in
apl'os in linguis igneis. Sane octaua pēthe
co. a q̄busdā celebrat̄. qꝛ sicut in septenario eb
domedaꝝ q̇ precedit. intelligitur ꝑfectio bono
rū opeꝝ septiformis spiritus: ita in octaua ītel-
ligitur consumatio p̄mioꝝ. quoꝝ utrūqꝫ appro
priatur spiritui sancto. licet tota trinitas utrun
qꝫ opet̄: qm̄ indiuisibilia sunt opa trinitatis. đ
con. di. iij. c. fi. Sed qꝛ spiritus sanctꝰ est amor
patris ⁊ filij. ⁊ ex solo amore h̄ dat ⁊ dabit no
bis dn̄s: iccirco sp̄ui sc̄ō ascribit̄. Alij uero non
celebrant octauā penthe. Nā cū solum .vij. sint
spiritus sancti dona: solū .vij. diebus fieri debet
penthe. Et ideo clemens papa dicit in sua ep'la
decr̄. ex̄ de fer̄. capellanus: ꝙ hoc festū caret o-
ctauis. Sed pari rōne. nec pascha deberet octa
uā h̄re. nisi solū unū diē ꝓpter unitatē. Rur
sus hoc festū .vij. diebus agitur. ꝓpter p̄n̄tis ui
te septenariū: uel ꝓpter aīaꝝ sabbatismū. vel q̄a
ꝑ .vij. spiritus sancti dona. corporibꝰ ⁊ aīabus
plena gaudia conferunt̄. Un̄ septē ultimi psal
mi a laudibus intitulantur: qꝛ ꝑ septiformis ḡ-
tie opationē gaudia conferunt̄ eterna. De hoc
dicet̄ sub dn̄ica prima post penthe. Utrū pen.
sit ebdomadaria festiuitas: dictū est sub ti. de.
vij. diebus post pascha. In nocte penthe. le-
guntur tres lectiones ⁊ dicunt̄ tres psalmi cū
tribus antiphonis. sicut fit ī nocte pasce: ad no
tandū vnū esse opus totius sancte trinitatis in
potentia miraculoꝝ. Quidā tn̄ .ix. legunt lectio
nes sicut fit in alijs dn̄icis: sed tn̄ canonicū est
tres dūtaxat legere: ꝓpter sacramētū baptismi
in triū ꝑsonaꝝ noīe celebratiꝫ: vel ob triduanā
dn̄i sepulturā. cui sumus in baptismo cōsepl'ti.
Rursus ideo tres psalmi cū .iij. ātiphonis di
cuntur: qꝛ sp̄s sanctus tria circa apl'os opatus
est. Nā ueteres innouauit. innouatos cōfirma
uit. ⁊ confirmatos ad alios cōuertendos misit
ad p̄mū ꝑtinet qđ dr̄ in p̄ma antiphona. Fac-
tus est repente de celo sonus: ad s̄m qđ dr̄ ī se
cunda Confirma hoc deus. ad tertiū qđ dr̄ in
tertia Emitte sp̄m tuū. Eoꝝ enī misterio docti
sunt alij. ⁊ sp̄u sancto interius renati. ⁊ qꝛ ī ip̄is
apl'is duo opat̄ sp̄s sanctus. s. remissioneꝫ pec-
catoꝝ. ⁊ opationē miraculoꝝ ⁊c̄. iccirco ille an
tiphone terminant̄ ꝑ duplex all'a. Ueꝝ si diligē
ter attendere volumus ⁊ conferre psalmos et
antiphonas que dicuntur in pascha cum his
que dicunt̄ in penthe. alia rō inuenit̄. Nā ibi
infra ebdamadā fit variatio psalmoꝝ. antipho
naꝝ. ⁊ tonoꝝ. hic autē nec in ipsa die nec ī alijs
fit variatio. ⁊ oēs ille antiphone sunt vnius to
ni. s. viij. ⁊ eiusdē differentie. Ratio autē est: q̇a
q̄i duplex baptisma legimus apl'orum. p̄mum
quo perceperunt remissionem peccatoꝝ. Naꝫ
eos baptizatos esse xp̄i baptismo ambigenduꝫ
non est. vt dictū est sub ti. de uigilia pasce: sc̄đꝫ
qđ receperunt ad robur virtutum ⁊ ad opera-
tionē miraculoꝝ. ⁊ ad repulsionē illecebrarum
omniū secularium. Prio baptizatus fuerat pe.
cū ad uocē ancille xp̄m negauit. Sc̄đo baptiza
tus fuit in die penthe. cū corā regibus ⁊ prin-
cipibus non timuit predicare uerbum dei. In
primo ergo multa instabilitas ⁊ uarietas fuit
circa discipulos. ī s̄o uniformitas ⁊ stabilitas.
In hunc etiā moꝫ in ecclesia dei duo sunt gn̄a
bonoꝝ. s. actiuoꝝ ⁊ contemplatiuoꝝ. Actiua vi
ta consistit in bonis opibus. i. in administrati-
one exterioꝝ. in qua constituti ab amore tp̄ali
um non oīo sepantur. licet amorē dei amori tē
poraliū p̄ferant. Contēplatiua consistit in dile
ctione dei ⁊ contēplatione. He due uite ꝑ ma-
riā ⁊ marthā significate sunt. extra de renū. ni
si Marie ꝑs dicta est optima. iuxta illud Ma
ria optimā ꝑtē elegit ⁊c̄. Non tn̄ reprehendit̄
ꝑs marthe qꝛ ⁊ ipsa actiua uita bona est q̄ hic
inchoat̄ ⁊ terminat̄. Contēplatiua vero optīa
est q̄ inchoat̄ hic ⁊ in futuro consumat̄. In il
la tn̄ est multa varietas. in ista vniformitas: ꝓ
ut in hac vita esse pōt. Antiphone ergo cū psal
mis q̄ cantant̄ in pascha ꝑtinēt ad uitā actiuā
⁊ iccirco in eis est uarietas: antiphone uero et
psalmi q̄ cātant̄ in pen. ꝑtinēt ad cōtēplatiuaꝫ
uitā. ⁊ iō in eis est uniformitas. In pria enī an
tiphona q̄ est in pascha cātat̄. dr̄ ⁊ cōsiliū meū
nō est cū īpijs: hic dr̄ factꝰ est repēte de celo so
nꝰ ⁊c̄. sp̄s seu uētꝰ ueniēs solet puluerē a facie
terre deiicere. Magna enī dr̄a est inter donū
sp̄s sc̄i quo sepant̄ fideles ab impijs: ⁊ donum
quo oīs puluis terrenaꝝ cogitationū a pector̄
humano tollit̄. illud ad actiuā uitā ꝑtinet: hoc
ad cōtēplatiuā. In s̄a ib dr̄. Postulaui patrem

meū rc̄.hic vero dr̄ Confirma hoc de⁹ rc̄.Ad
oēs q̇dē fideles ptinet esse ō hr̄ditate domini.
sed ad paucos ptinet esse a terrenis cogitatio/
nibus sepatos.ꝛ in hoc cōfirmatos:ne ad ter/
rena redeant.sed p conseruationeꝫ esse in hie/
rusalē celesti.ꝛ ibi all'a cantare non cessent qȯ
hic petit̄.In tertia dr̄ Ego dormiui ꝛ somnuꝫ
cepi rc̄.hic dr̄ Emitte spm tuū ꝛ creabunt̄ rc̄.
Oēs fideles ꝛ boni a vicijs resurgunt vel resur
rexerūt:sicut christus a mortuis resurrexit qȯ
ibi dicitur:hic vero renouatur facies terre.i.ra
tio anime. qȯ fit ab oī puluer̄ terrenoꝝ deside
rioꝝ īmunis.Ibi ergo. hoc est in vita actiua q̄
ibi ostendit̄ est inchoatio. hic autē hoc est i ꝯ
templatiua q̄ hic ostenditur est pfectio ꝛ cōsu/
matio:ibi varietas hic vniformitas.ꝛ ꝓpterea
ibi variantur antiphone ꝛ psalmi.hic nō. Pro
pter hanc cōsumationē ꝛ vniformitatē notan
dā antiphone sunt.viij.toni.ꝛ eiusdē differen/
tie:qꝛ octo sunt beatitudines.q̄ꝝ octaua redit
ad caput.Nā in p̄ma dr̄ bt̄i paupes spu qm̄ ip
soꝝ rc̄.ꝛ in octaua Bt̄i q̇ psecutionē patiunt̄
ꝓpter iusticiā.i.q.e.r.ce. Propter hanc eandē
cōsumationē notandū in q̇busdā ecclesijs cele
bratur octaua penthe.Per hos quoqꝫ.vij.dies
tres quotidie legunt̄ lectōes vt.vij.fratres tres
ꝓcurent sorores.i.vij.dona.s.sc̄i p illos signifi/
cata tres virtutes.s.fidē spem ꝛ caritatē.prout
Gre.ꝓsequitur in moralib⁹. Hoꝝ enī dieꝝ offi
cia.vij.donis sp̄s sancti adaptant̄.hesternū igi
tur ꝛ hodiernū ptinet ad sapiāꝫ ꝛ intellectū ut
ex opibus pꝫ. Per totā etiā septimanā sunt
solennitates seruande.dr̄ enī Glo.in ex.Allelu
ya.Credo.Ite missa est.ꝛ Te deū lau.ꝓut ī se.
ti.dicetur.dr̄ etiā ad horas capitulū Dū cōple/
rentur act.ij.ꝛ illud Sp̄s dn̄i.Sapientie.i.c. et
illud.Caritas dei.Ro.v.c. Sequit̄ videre de
officio misse.ꝛ q̇dē in die penthe.celebratur fe
stū de aduentu sp̄s sancti.Uisibiliter enim de
scendit tunc in discipulos: ꝛ fuit hoc miracu/
lū ꝛ argumentū qȯ non potuerunt calumpni
ari iudei.Resurrectionē enī ꝛ ascensionē colū
pniabant̄.Sed hoc nō potuerunt facere ō ad
uentu spiritus sancti.qꝛ ex omni natione que
sub celo est conuenerant ad diem festum. ꝛ
tunc descendit spiritus sanctus visibiliter ī di
scipulos sicut xp̄s ꝓmiserat. ꝛ loq̄bant̄ oībus
linguis corā omnibus.Et ideo incipit introit⁹
sapientie.i.c.Sp̄s dn̄i repleuit orbē terraruꝫ.i.
ecclesiā q̄ dr̄ orbis terraꝝ: sicut enī extra orbeꝫ
terraꝝ nihil viuit ad lr̄am. sic extra ecclesiā nil
viuit spiritualiter. Sequit̄. Et hoc qȯ conti
net oīa.i.sp̄s sanctus.c⁹ bonitati oīa subsistūt.
Habet sciam vocis.i.linguaꝝ. ꝛ ita potuit dar̄
ꝛ dedit apl'is. Unde confusi sunt inimici xp̄i.
Et ideo sequit̄ versus. Exurgat deus ꝛ dissipē
tur inimici eius.Per spiritū eiꝫ sanctū omnes
demones cōpellunt̄ ꝛ eiiciuntur. Rursus īple
uit orbē terraꝝ dū apostolos inebriauit. quoꝝ
sonus in omnē terram exiuit. de quo sono dr̄
in epistola.Factus est repente de celo sonus ꝛ.
Et quoniaꝫ orbis terre per quatuor climata se
paratur:ideo quater in introitu alleluya conci
nitur. Duplex vero alleluya.qȯ post epistolam
canitur.significat duplicandam letitiaꝫ.vel spi
ritum sanctum bis apostolis fuisse datum.s. ō
terra ꝛ de celo: vel eos spiritu ꝛ mente psallen
tes.vel duorum populorum conuersioneꝫ. Et
hoc qȯ continet omnia scientiaꝫ habet vocis
i.nouit qua mēte quisqꝫ loquebatur.vel habet
scientiam omniū per que ꝛ de quibus potest
vox humana variari.vel scientiam vocis.i.vo/
cem scientie habet.i.facit nos habere vt q̄ ipso
inspirante apostoli proferrent cum intelligen/
tia pronunciarent.Et nota ꝙ sp̄s sc̄us paracly
tus dicitur qȯ verbum grece latine sonat. ad/
uocatus.qȯ nomen ꝛ filio ꝛ spūi sancto ascri/
bitur.Unde dominus in euangelio. Rogabo
patrē meū ꝛ aliū paraclytū dabit vobis. ꝛ Jo.
in euangelio Aduocatū habemus apud pr̄em
Jhesum xp̄m iustū.Dicit̄ etiā paclytus conso/
lator.Nā paclysis dr̄ latine consolatio. P⁹/
modū sequit̄ ep'la de act. apl'o.ij.c. Dū cōplerē
tur dies penthe.dies.s.l.a resurrectōe.Sicut eī
q̇nq̄gesima die a pascha fiebat penthe.iudeoꝝ
ita ꝛ nostrū fit. Et sicut ppl's israel q̇nq̄gesima
die ab īmolatōe agni paschal' siue a pascha qȯ
celebrauerunt in ramatha venerunt ad mōteꝫ
dei oreb.vel coreb.vel synai qȯ idē est.ꝛ tūc le
gē acceperunt.ita ꝛ die quinq̄gesimo a resurre
ctione dn̄i.datus est sp̄s sanctus discipulis in
supiori cenaculo.illius aduentū expēctantib⁹.
Precipit̄ enī leuitici.xxiij.vt in die penthe.of/
ferant̄ noui panes.s.ꝓpositōis de nouis frugi
b⁹:p qȯ significat̄ ꝙ debemus deo gr̄as ager̄.
ex eo ꝙ eadē die dedit nouā legē per spiritum
sanctū.In qua die data est lex vetus.s. q̇nqua
gesima die a pascha:de quo dicetur ī ꝓhemio
septime partis.de dono c⁹ debem⁹ laudare de
um qȯ est offerre panē nouū. qꝛ etiā lex vetus
spiritualiter intellecta noua est.Et attende qm̄
agnus īmolatus est.xiiij.die aprilis.lex vero da
ta est.xiiij.die mensis tertij.dr̄ tn̄ esse data ter/
tia die.Jā enī vt inq̇t scriptura aduenerat t̄tia
dies:ꝛ mane inclaruerat.ꝛ ceperunt audiri to
nitrua. Die nāqꝫ tertia descendit dn̄s nr̄ su
per montē ad dandā legē.ꝛ moyses ascēdit ad
deū.ꝛ descendens narrauit oīa plebi. maneqꝫ
rursus ascendens duas tabulas scriptas acce/
pit.Et caue vt in 2o mense triginta dūtaxat cō
putes dies s̄m lunā:ergo.xvj in mēse p'o.xxx.
ī 2o ꝛ q̄tuor in tertio faciūt q̇nq̄ginta. Rur

fus in q̇nq̈gesimo ãnno erat iubileꝰ ãnꝰ. q̇ int̃
ꝑtat̃ remissiõis ãnꝰ: q̇ septenis annoꝝ ebdoma
dibus.i.xl. ⁊.ix. annis texitur: in quo clange-
bant tube. ⁊ oĩa debita remittebant̃. serui ma-
numittebant̃ ⁊ libertas cõcessa confirmabat̃.
Antiq̃ possessiones alienate oĩbus restituebãtur.
vt dictũ est sub dñica q̇nq̈gesime. Silr̃ i
diebus penthe. hunc numeꝝ post dñi resurrec
tionẽ obseruamus suscipientes aduenientẽ in
nos sp̃s sc̃i gratiã. ꝑ quẽ efficimur filij dei: ⁊ v̈-
tutũ possessio nobis restituit̃. ⁊ remissa culpa
⁊ totius debiti cyrographo euacuato ab oĩ ser
uitutis nexu liberi efficimur. lxxv. di. hunc nũe
rũ. P̃ iste numerꝰ q̇nq̈gesimus resultat ex sep-
tenario numero ducto in seipo supaddita vni
tate. Septez enĩ sunt ebdomade a pascha vsq̧
ad penthe. ⁊ ita cõpetẽter q̇nq̈gesima die a pa
scha ẽ pen. i quo dat̃ sp̃s sanctus. cꝰ dona sũt.
vij. q̇ dant̃ ab vno. Judei enĩ septenariũ nume
rũ ñ sine figura in oĩbus obseruant. ꝓut dictũ
est sub q̇nq̈gesima. Ascensio autẽ facta fuit q̈-
dragesima die. q̇ est numerus penitẽtie. ⁊ hoc
cõpetens fuit: qꝛ ꝑ pñiaz hõ fit filis deo ⁊ hoc
est ascendere. Sed vr̃ ꝙ sicut iudei ab ĩmo-
latõe agni typici. l. dies cõputãdo ibi faciebãt
suũ pen. ita ⁊ nos q̇nq̈ginta dies ab ĩmolatõe
agni deberemꝰ cõputare. ⁊ sic deberemus nr̃z
penthe. facere in die veneris añq̧ mõ facimꝰ.
qđ docet cõputatio. Ad hoc dicimus ꝙ nõ fa
ciebant cõputationẽ ab ĩmolatõne agni sed a
sequenti dñica. Uñ legit̃ leui. xxiij. Numerabi
tis ab altera die sabbati. i. a dñica q̇ ẽ altera di
es pꝰ sabbatũ: numerabitis dico. vij. ebdoma-
das vsq̧ ad alterã diẽ expletõis septime ebdo-
made. hoc dixit sp̃s sanctus ꝑ moysen. innuẽs
ꝑ hoc penthe. xp̃ianoꝝ qđ semꝑ est in die dñi-
ca. Dicit ergo Lucas de hac die. Dũ cõplerẽ
tur dies penthe. erant oẽs discipuli ꝑiter in eo
dẽ loco. i. in consona ⁊ concordi vnitate: ⁊ fac
tus est repente de celo sonus. qꝛ exñtibꝰ in pe
nitentia q̇ est annus iubileus ⁊ cõpletio pent.
⁊ exñtibus in vnitate datur sp̃s sanctus. sed re
pente: qꝛ nescit tarda hr̃e reꝝ molimina sp̃s sc̃i
gr̃a. In igne autẽ descendit: qꝛ sicut ignis illu-
minat ⁊ inflãmat. ita sp̃s sanctus illuĩat ad co
gnitionẽ dei ⁊ inflãmat ad amorẽ dei. Appa-
ruit ergo in linguis igneis. vt facundi essent ĩ
oĩ genere linguaꝝ. Et qꝛ ipsa est lingua q̇ de o-
culto sue bonitatis verbũ ꝓtulit in vteꝝ virgi
nis: ⁊ ꝓfert verbũ in corde hoĩs math. x. Uos
nõ estis q̇ loq̇mini sed sp̃s patris vestri q̇ loqui
tur in vobis. ipse enĩ quos replet eloquẽtes fa
cit. Sequit̃. Quasi aduenientis sp̃s vehemẽtis.
hoc autẽ dicit: qꝛ nullus potuit resistere spiri-
tui sancto nec apl̃is. Uñ dñs in euangelio ma
thei. Ego dabo vobis os ⁊ sapientiã cui nõ po
terunt resistere ⁊ cõtradicere omẽs aduersarij
vestri. Et de beato Steph. scriptũ est in act. ꝙ
nõ poterant resistere sapientie ⁊ spiritui q̇ loq̇
bat̃. Qꝛ v̈o i epl̃a dr̃ Et factus est repente sonꝰ
tãq̧ aduenientis sp̃s vehemẽtis ⁊c̃. ideo ad h̃
repñtandũ in nõnullis ecclesijs clãgunt̃ tube
dũ sequentia dr̃. Uenit enĩ sp̃s sanctus in spi-
ritu vehementi. qꝛ sicut ventus vehemens ꝓij
cit puluerẽ a facie terre: sic sp̃s sanctus eiicit a
corde hoĩs omnẽ terrenitatẽ. Tubis q̇dẽ vte-
bant̃ antiq̇ vt legit̃ in numerĩ ad multitudinẽ
cõgregandã. ad dimicandũ ⁊ ad congratulan
duz i diebus festiuis. cũ diuersitate tñ sonoꝝ: q̇
rũ vsus fuit tante virtutis in iubilo. vt ad crepi
tũ siue sonũ eaꝝ corruerent muri hierico. He
siq̇dẽ sunt duo testamenta. vl̃ ꝑdicatores: qui
bus ad ꝓ cinctũ fidei ppl̃s euocat̃ ad pñiaz. et
lachrymabilẽ cõpunctionẽ excitat̃: ad laudes
dño exhibendas inuitat̃. ⁊ ad montẽ syon. et
ad ciuitatẽ sc̃ãm hierusalẽ. ⁊ multoꝝ miliũ an-
geloꝝ frequentiã. ⁊ ad futuꝝ dei iudiciũ ꝓuo-
cat̃. Et vide qꝛ in aduersis ⁊ ꝓsperis tubis clã
gitur: qꝛ oẽ tp̃s conuenit verbo dei. Uñ bene-
dicã dñm in oĩ tp̃e Semꝑ laus eius ĩ ore meo
De organis dictũ est in. iiij. ꝑte sub ti. de san
ctis. Tunc etiã ex alto ignis ꝓiicit̃. qꝛ spiri-
tus sanctus descendit in discipulos in igneis
linguis: ⁊ etiã flores varij ad denotandũ gau-
diũ ⁊ diuersitatẽ linguaꝝ ⁊ virtutũ. Colũbe eti
am ꝑ ecclesiã dimittunt̃. in quo ipsa sp̃s sancti
missio designat̃. Pꝰ epl̃am dr̃ graduale in qui
busdã ecclesijs: qꝛ festũ pasce terminatũ ẽ. Tñ
in quibusdã alijs dr̃ duplex all̃a. qꝛ sp̃s sanctꝰ
dator est gemine stole. Euangeliũ si q̇s dili-
git me. Jo. xiiij. c. manifeste est de sp̃u sancto.
Postcõio est Factus est act. ij. c. Quar̃ hoc
festũ celebrat̃ a iudeis ⁊ q̈re a xp̃ianis: dicetur
in prohemio septime partis.

De secunda feria.

Equitur sa feria i qua
oñdit̃ ꝙ nõ
tantũmõ data est lex iudeis sꝫ ẽt
gẽtibꝰ. Uñ ĩtroitꝰ ẽ. Libauit eos
ex adipe frumẽti. i. de ĩtelligẽtia
sp̃uali: ⁊ de petra melle. i. melliflua doctrĩa xp̃i
q̇ ẽ petra. saturauit eos: ⁊ h̃ habet̃ ĩ epl̃a. apiẽs
q̇ ẽ petra. act. x. c. In q̇ habet̃ ꝙ adhuc loq̇nte Pe. de
pe. act. x. c. In q̇ habet̃ ꝙ adhuc loq̇nte Pe. de
scẽdit sp̃s sc̃us. Uel frumẽtũ xp̃s ẽ. cꝰ adeps ẽ
sp̃s sc̃us. quo fideles satiant̃ cũ sp̃u sc̃õ replẽtur
q̇ ẽt satiant̃ melle de petra. i. doctrĩa de xp̃o ꝓ
cedẽte. i quo sũt oẽs thesauri sapiẽtie ⁊ scie dei.
Hic ãt ꝑꝑ ꝓmissiões q̇ ibi cõtinet̃. cõcinit̃ q̈t
all̃a: sicut ⁊ ĩ feria tertia ⁊ sabbato exponet̃. de
h̃ dictũ ẽ ĩ tertia dñica pꝰ pascha. All̃a est.

Sp̄s dn̄i sapientie.i.c. Aliud all'a. Loq̄bant᷑ ac.
ij.c. Euãgeliũ vero Jo.iij.c.nõ v̄r conuenire
sp̄u scõ sed concordat ep̄l'e:ibi eñi ostendit᷑.ꝙ
nõ tm̄ iudeis sed etiã gentibus data est lex di⸗
cens.Sic deus dilexit mundũ.supple nõ tantũ
iudeos.vt filiũ suũ vnigenitũ daret:⁊ postea se
quit᷑.vt oĩs q̇ credit in illũ non pereat.Et nota
terribile verbũ ꝙ q̇ nõ credit in eũ iã iudicatus
est.P̃:ꝑ hoc ꝙ de dilectione mentio fit.sp̄s sã⸗
ctus q̇ amor est satis exprimit᷑.Postcõio est.
Sp̄s sanctus.Jo.xiiij.c. Et est sciendũ ꝙ per
totã hanc septimanã in missa sunt solẽnitates
seruande.vt Glo.in ex.Credo.Jte miss.e.⁊ Te
de.lau.⁊ Alle.vt baptizatoꝝ saluti congaudea⸗
mus.⁊ vt future letitie plenitudinẽ figurem⁹.
Postremo notandũ ꝙ dñs nõ p̄dicauit genti
bus ꝑ se sed ꝑ apl'os.Vñ.ite baptizate eos ĩ no
mine patris ⁊ filij ⁊ sp̄s scĩ: sicut ysaac iuniori
filio suo nihil p̄cepit de offerendo sibi cibo vt
benedictionẽ accipet. sed ꝑ opationẽ rebecce
primatũ benedictõis accepit: ⁊ qꝛ hec facta st̄
dei oculto iudicõ:ideo officiũ h⁹ ferie scđe.ꝑti
nent ad consiliũ qđ est donũ spiritus sancti.

De tertia feria.

Sequitur tertia feria:⁊
qꝛ sp̄s sanct⁹
nõ datur nisi ꝑ ministros.ideo in
tertia feria d̄r introitus in ꝑsona
p̄latorũ.accipite gloriã iocũdita⸗
tis vestre:in quo.qꝛ ꝑ geminã dilectionẽ ad fi
dẽ ꝑtingimus trinitatis. iõ q̇nq̇es cõcinim⁹ al
leluya ⁊ est sensus.Accipite iocunditatẽ glorie
i.sp̄z sanctũ q̇ vos glorificabit ⁊ clarificabit: vt
q̇sqꝫ de se dicere possit qđ d̄r in cõione Sp̄s q̇
a p̄re ꝓcedit ille me clarificabit. Sequit᷑ epi
stola.Cũ audissent apl'i act.viij.c.vbi sequitur.
Tunc ĩponebãt manus suꝑ illos et accipiebãt
sp̄m sanctũ:qꝛ in ĩpositõe manus accipiebant
sp̄m sanctũ. Euangeliũ Jo.x.c.cõcordat epi
stole vbi d̄r.Qui nõ intrat ꝑ hostiũ ⁊c̃.nõ eniz
intrat in ecclesiã.q̇ nõ intrat ꝑ eos q̇ sunt ho⸗
stiũ.s.ꝑ xp̄m ⁊ apl'os.Nã heretici nõ dant sp̄m
senctũ:nisi in q̃ztũ cõueniũt cũ ecclesia.Et qm̄
apl'i ⁊ eoꝝ successores heresiarchas in sp̄u for⸗
titudinis sunt agressi ⁊ agrediũt᷑:iõ officiũ ho
diernũ ꝑtinet ad fortitudinẽ.q̇ est sp̄us scĩ do⸗
nũ. Rursus sp̄s sanctus hostiarius est q̇ ꝑ ho⸗
stiũ introducit ad patrẽ. qđ etiaz in offertorio
canit᷑.Portas celi.i.apl'oꝝ scripturas aperiet.
Postcõio est sp̄s q̇ a patre.Jo.ix.

De quarta feria.

Sequitur q̇rta feria ĩ q̇
fiunt ieiunia
q̇tuor tp̄m.Apl'i nãqꝫ nobis exẽ⸗
plũ ieiunandi hoc tp̄e reliq̇rũt: q̇
p⁹ susceptũ sp̄m scm̄ sicut mẽtes
auerterant a ceteris mundi illecebris. sic ⁊ ab
epulaꝝ appetitu.Licet ei q̃zdiu cũ illis fuit xp̄s
nõ ieiunarent p⁹ ablationẽ tñ ei⁹.spõtaneis se
subdidere ieiunijs. Sponso eñi ablato eis ieiu
nandũ erat. sicut dñs p̄dixerat qñ spõsus aufe
ret᷑ ab eis tunc ieiunabũt. Vñ repleti sp̄u sanc
to.sponte ieiunare ceperunt:quo circa in p̄ce⸗
denti.ij.feria q̇dã estiualẽ ĩchoãt q̇dragesimaz.
Alij vero sani⁹ hodiernũ ieiuniũ autumãt esse
h⁹ tp̄is q̇dragesime initiũ: cui q̇dã terminũ sta
tuũt in festiuitate scĩ Joannis baptiste siue.vi.
habeat ebdomedas siue nõ. Tertij festiuitatez
scĩ Joannis includũt.⁊ eo vsqꝫ ieiunãtes.sine
termino p̄fixo ꝓcedũt donec senariuz cõpleãt
numeꝝ.Hanc q̇dragesimã ꝓbat Hiero. nõ eẽ
necessitatis sꝫ voluntatis dicens.Nos vnã fa⸗
cimus q̇dragesimã illi tres q̇i tres passi fuerũt
saluatores:nõ qđ ꝑ totũ annũ ieiunare nõ lice
at excepto penthe.sꝫ qꝛ aliud est necessitate.a⸗
liud voluntate munus offerre. Sed h̄ dic̃ Hie
ro.cõtra mõtanũ hereticũ q̇ apud suos tribus
q̇dragesimis statuit ieiunandũ:⁊ d̄r hoc ieiũiũ
estatis qđ est ieiuniũ exultatõis.in quo genua
nõ flectimus.ĩmo cantica letitie dicim⁹:vt di⸗
ctũ est sub q̇rta feria tertie ebdomade aduẽt⁹.
Hoc autẽ ieiuniũ statutũ est ab ecclesia in tali
tp̄e.qꝛ q̇ in se sentit gr̃az scĩ sp̄s.leuit᷑ ⁊ cũ gau⸗
dio ieiunat:⁊ etiã qꝛ suꝑ ieiunantes descendit
sp̄s sanct⁹ visibiliter.⁊ iõ incipit introit⁹.Deus
cũ egredereris in cõspectu pp̄li tui ⁊c̃.Egredit᷑
autẽ dñs qñ aliquo signo visibili venit ad au⸗
xiliũ hominũ:egressus v̄o est cũ dedit nobis fi
liũ suũ: q̇ venit pandẽs iter añ nos vt di. Mi.
nũc egressus ẽ ẽt ꝑ sp̄s scĩ missionẽ.qñ visibil'r
d̄scẽdit suꝑ apl'os:⁊ qꝛ ꝑ h̄ dissipati st̄ ĩimici.iõ
sequit᷑ versiculus.Exurgat de⁹ ⁊ dissipent᷑ ini⸗
mici ei⁹ ⁊c̃. Sequit᷑ in q̇busdã ecclesijs lectõ
de p̄nci.sapie.s. Diligite iusticiã q̇ iudicatis ter
rã:vbi oñdit᷑ q̇lit᷑ poterit h̄ri sp̄s sanct⁹.ibi:sp̄s
sanct⁹ discipline effugiet fictũ.i.q.iij. saluator'.
⁊ ĩ fine d̄r sp̄s dñi repleuit orbẽ traꝝ ⁊c̃. P⁹
mõz seq̇t᷑ ep̄l'a.Stãs pe.⁊c̃.act.ij.c.ĩ q̇ oñdit᷑.ꝙ
suꝑ ieiunãtes descẽdit sp̄s sanct⁹:⁊ ibi seq̇tur.
Nõ isti st̄ ebrij sicut vos dicit] cũ sit hora diei
tertia.sꝫ h̄ ẽ qđ dixit dñs ꝑ ꝓphetã Johel. Ef⸗
fudã de sp̄u meo suꝑ oẽm carnẽ.⁊ ꝓphetabũt
filij v̄ri ⁊ filie v̄re ⁊c̃. Jn alijs v̄o ecclesijs d̄r p̄⸗
mo lcõ.Stãs pe.⁊ p⁹mõz ep̄l'a ꝑ man⁹ ãt. act.
v.c.Due itaqꝫ lcões legũt᷑: qꝛ duo pp̄l'i ad fiđ
cõuertũt᷑:vel qꝛ ordinãdi ĩ vtriusqꝫ testamenti
pagina ĩbuũt᷑. Seq̇t᷑ all'a.qꝛ ẽ ieiuniũ exulta

tōis vt dictū est. Et dicunt q̄dā Pater cū essez. Jo. xviij. c.   Sequit̄ euangeliū Jo. vj. c. Nēo venit ad me nisi pr̄ q̄ misit me traxerit eū. s. per spm sanctū. ⁊ p⁹ sequit̄. Pr̄es vestri manducauerunt mā̄na. ⁊ mortui sunt. q̇ manducat ex h̄ pane viuet in eternū: q² egressum est corā xp̄ianis mā̄na spuale. sicut añ corā iudeis. sed manducantes corporale mortui sunt q̇ vero mādu cauerit spuale nō morieẗ morte. s. incredulitatis seu iehennali. Vñ pz̄ q̄ eleganti⁹ egressus ē dñs corā nouo ppl'o q̄z corā veteri. Cōio ē pacē. ⁊c̄. ⁊ est Jo. xiiij. c.   Et attende q̄ officium h⁹ q̄rte ferie p̄dicat sciaz q̄ est donū sp̄s sci. qui vsq3 a deo scōs illuiat q̄ de. v. libris moysi paucisq3 pphetar̄ scriptur̄ librox copia creuit. qd̄ mistice innuit nobis euangeliū de. v. panibus. ⁊ duob⁹ piscib⁹ qd̄ hodie i q̇busdā eccl'ijs legr̄

De quinta feria.   Rica.

Equitur quinta feria q̄ s̄m aliq̄s ecclesias nō hz introitū ppriū. sz q² dñs descendit in die dñica p missionē sp̄s sci ⁊. v. feria ascendit in celū iō diei dñice ⁊. v. ferie cōis est introitus. A dñica ergo mutuat. nec hz ppriū vt a sabbato in sabbatū. vij. dūtaxat sī officia. vij. donis sp̄s sci deputata: q̇dā tñ ⁊ huic officio mutuato ñ incōgrue donū ascribunt: huiusmōi ascriptiones nō a sabbato sed a dñica facere incipiētes Jn dñica eteñ ponunt spm sapie in. ij. feria intellectus. in. iij. cōsilij. i q̄rta fortitudis. ⁊ i hac q̇nta spm scie. q̇ dat scrutari pfunda. sicut cantat̄ in all'a. Sp̄s oia ⁊c̄. Jn q̇busdā vero ecclesiis cantat̄ introitus. q̇ in seq̄nti dr̄ feria. s. repleat̄ os meū laude tua. Aliq̄ vero ecclesie habēt ppriū officiū. s. Deus patx nr̄ox da nobis spm gr̄e ⁊c̄. in quo ecclesia orat filijs suis dari spm sanctū ad remissionē peccatox: ⁊ ad facienda miracula. Et q² p spm sanctū fiunt miracula. iō habet̄ in epl'a Philippus ⁊c̄. q̄ est act. viij. c. q̄ Phi. multos claudos sanauit ⁊ sp̄s imundos eiecit: factuz est gaudiū magnuz in illa ciuitate s. samarie. Et q² p spm scm̄ oia ista fiunt iō seq̄tur euangeliuz. Lu. ix. c. Cōuocatis Jhesus. xij. discipulis suis dedit eis ptātē sup oia demōia ⁊ p⁹. Nō feretis virgā neq3 perā ⁊c̄. q̄ fieri nō possunt nisi sp̄s sci habundantia habeatur.

De sexta feria.

Exta feria est introit⁹. Repleat̄ os meuz laude vt possim cātare all'a: q² q̇ gaudz ore ⁊ corde. pōt ieiunare ieiunio exultatōis. Et q² ē dies veneris i q̄ passus ē dominus. ⁊ dies sp̄s sci: iō dicit Pe. i epl'a. Apiens act. ij. q̄ in q̇busdā ecclesijs legit̄ q̄ xp̄s suscitat⁹ ē a spu scō. Vñ ibi habet̄. suscitauit Jhesum solutis dolorib⁹ inferni. sicut scriptū ē: nō dabis scm̄ tuū videre corruptionē. i quo significata ē illa sp̄s sci opatio. q̄ synagoga nūc mortua pietate resurget. postq̄z plenitudo gētiuz eadez introierit pietate. Predicat ergo h̄ officiuz pietatē. Posset etiā ptiere ad sp̄z timoris p eo qd̄ dr̄ in euangelio Et repleti sī timore ⁊ extasi ⁊c̄ Jn q̇busdā ecclesijs legit̄ lcō Exultate filie syō. q̄ est Joelis. ij. c. Et q² p spm scm̄ fiunt miracl'a seq̄t̄ euangeliuz Factuz ē Lu. v. c. de palytico sanato. Et q² ppter hoc dz laudari dñs sequit̄ offer. Lauda aīa mea dñz. Cōio Spus vbi vult spirat. Jo. iij.

De sabbato.

N sabbato est introitus Caritas dei diffusa est i cordib⁹ nr̄is. ad Ro. v. c. ⁊ copetit spui sācto q̇ ē caritas. ⁊ etiā diei sabbati. q² i sabbato future q̇etis marie diffundetur vt q̇ igniculus ē i syon camin⁹ fit i hierusalez. Et seq̄t̄ versus. Dñe de⁹ salutis mee i die cla. ⁊ nocte corā te. Jlle enī i quo diffusa ē sp̄s sācti gr̄a: laudet deū i psperis ⁊ i aduersis.   Seq̄t̄ epl'a. Justificati ⁊c̄. ad ro. v. c. i q̄ habet̄ de huius diffusiōe. Q² enī caritas dei diffusa ē nō p mittit eā Pau. intra fines terre pmissiōis tātū coartari. imo oñdit q̄ nō tm̄ iudeis vex etiam gentibus datus est spiritus sanct⁹. dicēs ipys iudeis. Vobis oportebat p̄mū p̄dicari. sz q² repulistis verbū dei ⁊ vos idignos fecistis vite eterne. ecce cōuertimur ad gētes: ex̄ de renū. nisi. §. pp. Jn alijs v̇o ecclesijs dr̄ epl'a. Cōuenit vniuersa ciuitas ⁊c̄. act. xiij.   Q² ergo gētibus dat⁹ ē sp̄s sanct⁹ iō seq̄t̄ all'a. Laudate. d. o. gē. Jn h̄ eī ieiunio nō tacēt cātica letitie pp reuerētiā festi. Nec s̄m niceñ. cōsiliū. lxxvj. di. de ieiunio de cō. di. iij. qm̄ genua flectim⁹. sz stātes oram⁹. pp neophitos. gaudentes q̄ a peccatis surrexerīt. Jn alijs ecclesijs dr̄. Repleti sī omēs act. ij. c. ⁊ sp̄s dñi ornauit celos. Job. xxvij. c. Postea seq̄t̄ euāgeliū. Surgēs ihesus. Lu. iiij. c. de socru pe. saluata. q̄ significat synagogā. q̄ sanata ē a pe. ab infidelitate. ⁊ pfecti⁹ p fidē ipsi⁹ sanabit̄ i futuro. ⁊ sic cōnēit cū epl'a.   Fiunt autē hac die ordines. q² sup ordinādos d̄scēdit sp̄s sanct⁹ ⁊ ēt sup ieiunātes: ⁊ iō dñr q̄tuor lcōnes añ lcōnez daniel'. put dcm̄ est sub q̄rta feria tertie ebdomade aduēt⁹. Pr̄ia ē de p̄ncipio libri sapie. i q̄ oñdit̄ q̇b⁹ dat̄ sp̄s scūs. ⁊ q̇b⁹ nō. s. illis q̇ sentiūt de dño i bonitate ⁊ i

ſimplicitate cordis q̃runt illũ. In alijs vero ec-
cleſijs p̃ma eſt de Iohele.iij.c. Effundã de ſpu
meo ſup omnẽ carnẽ: qꜫ ſicut ſps ſanctus ſup
apl'os deſcendit viſibil'r.ita ſup ordinãdos de-
ſcẽdit inuiſibil'r. Scõa eſt Locutꝰ eſt.q̃ eſt Le
ui.xxiij.c.tertia eſt Dixit moyſes.q̃ ẽ in deutro.
xxvj.c.q̃rta eſt Dixit dñs ad moyſen. q̃ eſt leui.
.xxvj.c. Offertorium eſt introiuit dominus
Poſtcõmunio vero Nõ vos relinquã ⁊c̃. ⁊
de effuſiõe ſps ſci loq̃t. Põt etiã dici ꝙ hoc
officiũ figurat duoꝝ cõcordiã ppl'oꝝ.iudei vid̃
licet ⁊ gẽtilis. Hi ſt̃ duo ceci de q̇bꝰ dr̃ in euan
gelio ꝙ ſt̃ illuĩati a xp̃o:de q̃ concordia loquit̃
pau.in epl'a ad iudeos ⁊ gẽtiles dicẽs. Iuſtifi-
cati ex fide.pacẽ habeamꝰ ad deũ p.d.n. Iheſũ
xp̃m. Sꝫ qꜫ pax aut cõcordia v̓a nõ fit niſi p ca
ritatẽ.iõ p̃cinit̃ ĩ introitu Caritas dei diffuſa ẽ
ĩ quo ter ponit̃ all'a.qm̃ ad fidẽ trinitatis puẽi
tur p obſeq̇a caritatis. Lcões etiã ad ieiuniũ p
tinẽtes atteſtant̃ opationẽ ⁊ gr̃aꝫ ſps ſci:vt p̃-
ma.effundã de ſpu meo. ⁊ ſa Locutus eſt:vbi
dr̃. Numerabitis.vij.ebdomadas vſqꜫ ad alt̃aꝫ
diẽ expletõis. Ebdomade.vij.pñtẽ intelligit fe-
ſtiuitatẽ.q̃ olim dicebat̃ feſtiuitas ebdomada-
rũ: ⁊ qꜫ poſtqꜫ gẽtes intrauer̃t reliq̇e ſaluabũt̃.
iõ nũc flẽtibꝰ ⁊ ſpõſuꝫ expectãtibꝰ dicit dñs in
poſtcõione. Nõ vos relinqꜫ orphanos. Qꜫ igit̃
hec cõcordia fiet ĩminẽte die iudicij.q̃ etiã ele-
ctis erit cã timoris:iõ h̓ officiũ ptinet ad timo
rẽ.vel qꜫ timor introducit caritatẽ lꝫ caritas fo
ris mittat timorẽ de peni.di.ij.ſic vt ceca. Et
attẽde qꜫ ſm Aug.ĩ ordine officioꝝ iſtoꝝ d̃ſcẽ
dẽdo cõputamꝰ.in ordine v̓o paſchaliũ aſcen-
dẽdo:qꜫ p h̓ d̃ſcẽſus ſps ſci ad nos.p illa nr̃ ad
ip̃ꝫ ſignificat̃ aſcẽſus. Et caue qꜫ p̃ter p̃miſ-
ſa officia ad ieiuniũ ptinẽtia q̃ ĩ q̃rta ⁊ ĩ.vj.feri
a ⁊ in h̓ ſabbato expoſuimꝰ alie q̇dẽ lcões et
euãgelia ĩ eiſdẽ diebꝰ ĩueniunt̃ q̃ forte ſolẽnita
ti magis appropinq̃re videntur: ſꝫ tñ hec ⁊ illa
gr̃aꝫ ſps ſci pſonãt ⁊ opationẽ. Uñ q̇dã hodie
nõ incõgrue duas miſſas celebrãt. Unã ĩ t̃tia
de feſto cũ glo.ĩ ex. ⁊ cre. Aliã iu nona de ieiu-
nio ſine glo. in ex.ĩ q̃ ſt̃ clerici ordinãdi.q̇ meri
to ĩ hac ebdomada ordinãt̃. vt ſci ſps dona p
cipe mereant̃. Et memẽto ꝙ ĩ hac die termi
nat̃ q̇nq̈geſima. ⁊ iõ hodie freq̃ntat̃ ⁊ cãtat̃ p
graduali all'a:nec flectunt̃ genua.ptinet eiꝫ ad
octauã. Sñale q̇dẽ eſt.ꝙ quotiẽs in die de tp̃e
gr̃e materia laudis aſſumit̃. aut dies ad octa-
uã refert̃.genua nõ flectimꝰ.ſꝫ ĩ or̃onibꝰ ſtan-
tes collatã nobis gr̃aꝫ ⁊ cõferẽdã gloriã ꝓfite-
mur.vt cũ olim eſſemꝰ ſui curui:nũc fracto iu
go incedamꝰ erecti:vt ĩ dñicis diebꝰ ĩ ſcõꝝ na
talicijs ⁊ paſchalibꝰ.ĩclinar̃ tñ capita poſſumꝰ:
vt mulieres deuotas ad monumẽtũ vẽiẽtes ĩ-
mitemur. De die dñica ſcẽ trinitatis. Rica

In pleriſqꜫ locis ĩ octa pent.
fit feſtũ ſcẽ trinitat̃. Pꝰ
qꜫ eiꝫ celebrata eſt feſtiuitas pr̃iſ
in natiuitate. qꜫ natiuitas dr̃ fe-
ſtiuitas pr̃is: ⁊ poſtqꜫ celebratuꝫ
eſt feſtũ filij in paſcha. ⁊ feſtũ ſps ſci in miſſio-
ne ipſius.merito in octaua pẽth.fit feſtũ eoruꝫ
ſil'.feſtũ.ſ.trinitatis:vt oñdat̃ ꝙ tres pſone ſt̃ v
nꝰ deꝰ. ⁊ hec eſt pria cã qr̃ celebrat̃ feſtũ triuꝫ
pſonaꝝ diuinaꝝ ſil'. Scõa cã eſt. qꜫ ad inuoca
tionẽ ſcẽ trinitatis dat̃ ĩ baptiſmo ſps ſanctuſ
vt p̃miſſuꝫ eſt. Tertia cã eſt.vt oñdat eccleſia fi
lijs ſuis illũ a quo ſt̃ oĩa bona.cꝰ hꝫ imaginẽ. ⁊
cꝰ dꝫ hr̃e ſil'itudiaẽ vꝫ dei ⁊ ſcẽ trinitatis:quaꝫ
ſemp laudare debemꝰ. Et qꜫ tota intẽtio eſt
laudare ip̃ꝫ.iõ ĩ q̇buſdã eccleſijs ĩ ſingulis anti
phonis laudũ p̃ponit̃ v̓ſiculus.q̇ laborẽ ſignifi
cat:ad oñdẽdũ ꝙ toto labore totoqꜫ nixu d̃be
mꝰ nos vertere ad laudandũ deũ ⁊ ſcãm trini
tatẽ. Et eodẽ mõ fit ĩ q̇buſdã eccleſijs in feſto
btẽ Marie ĩ antiphonis laudũ: p eo qꜫ ip̃a ſe
totã v̓tit ĩ laudẽ dei. Uñ tũc ĩ euãgelio dr̃.ma-
ria ãt cõſuabat oĩa v̓ba hec cõferẽs ĩ cord̃ ſuo
⁊ qꜫ ipſa p̃uilegiata fuit ĩ virginitate.ipſa eni ẽ
v̓go virginũ. In antiphonis quoqꜫ de btõ lau
rentio ⁊ de btõ pau. ⁊ de btõ ſtepha.p̃ponunt̃
q̇dã verſus antiphonis.ad maiorẽ laborẽ no-
tandũ.quẽ in ſuis martyrijs ſubſtinuerunt.be
atus eni Lau.grauius ceteris paſſus eſt. Und̃
beatus Sixtus dicit ei. Maiora tibi debent̃ p
xp̃i fide certamĩa:beatꝰ v̓o Pau.plus ceter̃ la
borauit p̃dicando: ⁊ beatus Steph. p xp̃i fide
primꝰ martyrextitit. Sed in hoc eſt dr̃ia. qꜫ in
nocturnalibꝰ antiphonis tm̃ de btõ Lau.pre-
mittit̃.qꜫ paſſio ſua de nocte cõſumata eſt.vñ
dixit mea nox obſcuꝝ nõ hꝫ. Et iteꝝ. Nõ eſt in
uenta in me iniq̇tas: ⁊ ita appꝫ ꝙ totus fuit ſa-
crificiũ laudis. Uñ ſemp dicebat gr̃as tibi ago
dñe. Mane vero corpus eius cõditũ fuit: ⁊ iõ
tm̃ nocturnalibus ⁊ nõ laudũ antiphonis ver
ſiculi p̃ponunt̃. Rurſus qꜫ verſus laboreꝫ ⁊
boni operis fructũ ſignificant.prout tactum ẽ
in prohemio quinte partis:merito in dictoruꝫ
ſanctoꝝ natalicijs ſpecialiter premittuntur an
tiphonis. ad notandũ ꝙ ipſi excellentius labo
res ⁊ bonoꝝ opeꝝ fructꝰ.ſuis natalicijs ⁊ mar
tyrijs p̃miſerunt. Item in quibuſdam eccleſijs
antiphone de martyrio beati Pe.p̃poſtere p̃-
ponuntur verſiculis:ideo quia ipſe petijt vt in
cruce caput ſuũ ad terram verteretur. Hi autẽ
verſus tropi vocantur.quaſi laudes ad ãtipho
nas conuertibiles.tropos enim grece conuer-
ſio dicitur latine. Quia ergo ſemper ſanctaꝫ
trinitatem laudare debemus.ideo ad miſſaꝫ di
citur introitus. Benedicta ſit ſancta trinitas .
quẽ alchuinus ſumpſit de thobia.xij. Poſt

modũ sequit᷑ epl'a de apoc. Uidi hostiũ aptuꝫ
in celo. ⁊ in circuitu sedis. i. ecclesia q̃ est sedes
dñi mare vitreũ. i. baptismũ: in quo submergũ-
tur oẽs egyptij. i. oĩa peccata. Et nota qꝛ dicit
mare vitreũ. ꝓpter corporis fragilitatẽ ⁊ ꝑspi-
cuitatẽ quã recepit in baptismo. ⁊ est in circui
tu: qꝛ ad ecclesiã venire nõ possum⁹ nisi ꝑ bap
tismũ. Sequit᷑. Sil'e crystallo: qꝛ q̃ prius erant
aq̃ fluxibiles. fiunt ꝑ gratiã in baptismo accep
tã firmi sicut crystallus: q̃ fit ex aq̃ congelata ⁊
diuturno gelu in naturã lapidis consolidata.
Et h̕ est vna cã qr̃ in hac die legit᷑ h̕ epl'a: qꝛ i
ea dr̃ de baptismo. in quo p'inuocationẽ trini
tatis dant᷑. vij. dona sps sancti. Scd̃a rõ est q̃a
in ea inuitamur ad laudes trinitatis. cũ ibi seq̇
tur ꝙ aĩalia plena oculis ante ⁊ r̃tro. i. p̃lati da
bant gloriã ⁊ honorẽ ⁊ benedictionẽ sedẽti su
ꝑ thronũ viuenti in secula seculoꝝ. sedens aũt
suꝑ thronũ est deus trinitatis. Unde sequitur.
Et ꝓcidebant vigintiq̃tuor seniores ĩ facies su
as. mittẽtes coronas ante eũ: hoc significat. ꝙ
oĩa bona nostra debem⁹ attribuere ei. atq3 oẽ
illud ex quo meremur coronã. Sequit᷑ ⁊ non
habebant requiẽ dicentia. Sanctus sanct⁹ sã-
ctus: ⁊ ideo in introitu ⁊ in alijs officijs totiẽs
repetit᷑. Benedicta sit scã trinitas: ⁊ ꝓpt᷑ h̕ re-
sponsoriũ siue etiã graduale qd̃ respondet epl'e
est Benedictus es dñe q̇ intueris abyssos. Da
nie. iij. c. versus est Benedicite deũ celi. Tobie
xij. c. Alla. Benedictus es dñe ⁊c̃. Offer.
Benedictus es dñe. Et postcõio. Benedici
mus deũ celi ⁊c̃. Tobie. xij. c. Euangeliũ est.
Erat hõ ex phariseis Nicodemus in quo habe
tur de baptismo: q̇ in inuocatiõe scẽ trinitatis
scĩficat baptizatos. In alijs vero ecclesijs dr̃. e-
pistola Gaudete ꝑfecti. q̃ est. ij. ad corinth. vlti.
c. ⁊ in alijs dr̃. Uidi hostiũ. q̃ est apoc. iiij. ⁊ euã
geliũ cũ venerit paclytus. Jo. xiiij. c. Scien-
dũ est ꝙ historias de scã trinitate. ⁊ de inuen-
tõe sci Step. cõposuit sanctus Step. laudiceñ.

Rursum cũ Attila rex. q̇ xp̃ianos ꝑsecut⁹ est
fere oĩa volumina xp̃iane religiõis destruxisset
Alchuinus magr̃ karoli ⁊ Lodouici filij eius.
rogatu Bonifacij archiep̃i magũtini multa d̃
ecclesiasticis officijs cõscripsit: vñ ⁊ maguntio
consilio approbante. vt habet᷑ de cõ. di. v. ĩ die
instituit: ꝙ a festo pasce vsq3 ad dñicã istã. tres
tm̃ dicerent᷑ lcões. ⁊ hac die de trinitate can
tari vsq3 ad dñicã sequentẽ: ⁊ tunc incipe. Do
mine in tua misericordia ⁊c̃. ⁊ cõposuit offici-
um de trinitate. vz r̃nsoriũ. antiphonas. missaꝫ.
⁊ sequentiã: q̇ oĩa obtulit Alexãdro pape. Ille
vero respondit nõ esse celebrandũ festũ de tri-
nitate sicut nec de vnitate. Nã singulis dieb⁹
fit festũ trinitatis ⁊ vnitatis: qꝛ semꝑ dr̃ Glori
a pa. ⁊ fi. ⁊ spi. san. ⁊ premissas historias ⁊ offi
ciũ nõ admisit: ex̃ de fe. c. ij. Uerũ suꝑueniente
heresi arriana. fere fuit fides trinitatis extincta
sed Hylarius Eusebius ⁊ Ambrosius restitue-
runt. Consensit igit᷑ eadẽ de cã Gre. magn⁹ vt
de trinitate sp̃ali cantaremus ⁊ ecclesias in ip̃i
us honorẽ edificaremus. Exinde ergo est ꝙ d̃
historia trinitatis inuenit᷑ varia consuetudo.
Alij nanq3 nõ vtunt᷑ ea. sequentes reprobatio
nẽ Alexan. pape. Sed in q̃libet dñica ab octa-
ua penth. vsq3 ad aduentũ. cantant in noctur-
nis nonũ r̃nsoriũ de trinitate. nisi festũ aliqd̃ i-
pediat: vt eã confiteant᷑ ꝑ quã saluant᷑. ⁊ ĩ mis
sa all'a eã hilariter ꝓfitentes. vt dictum est sub
q̃rta ꝑte sub ti. de all'a. Alij vero vtunt᷑ ea can-
tantes eã in hac prima dñica. sequentes p̄maꝫ
institutionẽ alchuini. Alij ponunt eã in fine tẽ
poris declinationis. s. in vltima dñica vz añ do
minicã de aduentu sequentes vltimã ꝓbatõeꝫ
Gre. Romani ergo nũq3 de trinitate celebrant
festũ: nec etiã octauas faciunt: sed ĩ prima do-
minica post penth. incipiunt historiã. Prepa-
rate: seu deus omniũ. Alij vero celebrãt hodie
de octaua. s. de spiritu sancto. ⁊ ponunt eandẽ
epistolã. ⁊ idẽ qd̃ prediximus euangeliũ ꝓpter
baptismatis sacramentũ: ceteris obseruatis si-
cut in die penth. Celebrant autẽ octauã. ad in
sinuandã ꝑfectionem vel consumationeꝫ ope-
rum sancti spiritus. per septem enim dies ope-
ratio gratie septiformis. in octaua vero consu
matio d̃claratur. Et qm̃ octaua redit ad caput
ideo omnia sicut in die festo a vespera ĩ vespe
ram. in ipsis vesperis ⁊ tribus nocturnalibus
psalmis obseruant. De his octauis Augu. dicit
celebrationẽ octauaꝝ feriaꝝ noui hoĩs celebra
mus. Baptismus neophitoꝝ: licet in sabbato ꝑ
agatur: ad illum tamen bapsismũ pertinet quẽ
apostoli susceperunt in die penthe. cuius octa
ua dies est dominica sequẽs. Qui vero ponũt
historiã. ꝓ̃pate: seu. deus omniũ: melius faciũt:
quia romanã sequuntur ecclesiã. nostre pere-
grinationis recolentes ⁊ percurrentes histori
am. Nam per septuagesimã significamus expl'
sionem generis humani de patria paradisi. per
quardragesimã seruitutem populi sub pharao
ne. per pascham immolationem agni: per qua-
draginta dies paschales. quadraginta annos ĩ
deserto: per rogationes terre promissionis in-
gressionem. per septẽ dies penthe. in quib⁹ se-
teꝫ dona diuiduntur. terre date diuisionẽ per
tp̃s qd̃ ab hodie sequit᷑ significamus ppl'i affli
ctionẽ ⁊ gubernationẽ factã per iudices ⁊ re-
ges. Idq3 sequunt᷑ q̃tuor libri regũ ꝓut ĩ seq̃n-
ti titulo dicetur.

De prima dominica post penthe.

Jc dicendū restat de prima dñica pꝰ penthe. q̃ est vna de ꝑncipalibus dñicis. ⁊ incipit hic q̃rtū tp̄s .ſ. ꝑegrinatōis: qꝛ ſumus in via veniendi ad patriā. Sed qꝛ hoſtes habemus priuſq̃ȝ illuc ꝑueniamus .ſ. carnē. mundū. ⁊ dyabolū. ⁊ ideo legit̃ de libris regū: ī q̇bus agitur de bellis ⁊ de victorijs. vt inuitemur ad pugnandū fortiter cōtra hoſtes vt victoriā habeamꝰ. ſic̃ iudei de philiſteis. ⁊ tādē gl'iemur ī celis: qꝛ ñ ē nobis tm̄ lucta aduerſus carnē. ſȝ ēt aduerſus aereas ptātes: vñ p̄rio dicimꝰ ī veſp̄is Bñdictꝰ dñs deus meꝰ ⁊c̃. ⁊ hiſtoria ē De us omniū ſeu ſm̄ roma. ꝑpate. Sed qꝛ bellū ſine diſcretōe nō bene gerit̃: ideo ſequenti tēpore ſubiungunt̃ libri Salo. Jtē qꝛ inſurgunt vicia contra que neceſſaria eſt patientia. iō ſubſequenter ſubiungit̃ hiſtoria de Job. Recte ergo inuitamur ad pugnā: qꝛ poſtq̃ȝ digni ſumꝰ in numero iuſtoꝝ hr̄i. ꝑ librū numeri iā ꝑlectū ⁊ in ſtatu ꝑfectōis ꝑ nouā legē .ſ. deutro. ī quo habet̃ Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ſumus ſub Jheſu ꝑ libꝝ Joſue. ⁊ ſub iudicibus .i. ſub p̄latis ꝑ librū iudicū: ⁊ ſumus ſine acceptatōe ꝑſonaꝝ ꝑ librū Ruth. q̃ fuit moabitis: reſtat tm̄ pugnare: qꝛ tunc magis tentat dyabolus. ⁊ ſic ordinant̃ libri regū. in quibꝰ tractat̃ de bellis ip̄oꝝ ad alios libros. Adaptant̃ etiā ⁊ aliter: prime q̃tuor dñice q̃tuor libris regū ꝓut dicet̃ ſub .iiij. ⁊ ſub .vij. ⁊ ſub .xv. dñicis. Legunt̃ autē in tali tp̄e ⁊ pꝰ miſſionē ſp̄s ſci. ⁊ pꝰ feſtū trinitatis: qꝛ qñ accepimꝰ gratiā ſp̄s ſcī ex tunc ſumus filꝫs deo. ⁊ ꝑ hoc filij ſumus ſummi regis. ⁊ ꝑ cōſequens ſumus reges. Vñ in apoc. Fecit nos reges ⁊ ſacerdotes deo ⁊ patri ſuo ⁊c̃. Pe. in canonica. Vos eſtis genus electū regale ſacerdotiū ⁊c̃. ex ꝯ ſacra vnc. ergo cū ſumus reges ⁊ habeamus aduerſarios. nō reſtat niſi vt regnū noſtrū defendamus: qꝛ ex hoc nobis inuidet dyabolus: q̇a ad illud regnū ſumus aſſumpti. vnde fuit ipſe deiectus: ⁊ ideo nobis grauis īminet pugna.

Nempe oſtendit̃ nobis Dauid in exemplū q̇ vicit ꝑ humilitatē. ⁊ ꝑ iocunditatē mentis ⁊ vnctus fuit ter. P̄rio a Samuele in bethelee in ſignū regni. ſo ſup domū Juda in regeȝ tribus iuda. a viris iuda in ebron. tertio iteꝝ in ebron ⁊ in cōfirmatōe regni ſup totū iſrael. Similiter nos ſi bene pugnabimꝰ ter īungemur. Primo in baptiſmo in ſignū regni. ſo in cōfirmatōe. tertio in ꝑadyſo qñ regnū noſtꝝ confirmabitur. Saul etiā nobis p̄ponit̃ in exēpluȝ q̇ ꝑ inobedientiā amiſit regnū. Unde nō ſumus inobedientes ſicut ipſe fuit: ne ꝑdamus regnū eternū. Dauid autē fuit humilis in oibꝰ operibus ſuis. qᵭ pȝ: qꝛ cū luderet corā archa dñi. indutus ephot lineo. depoſitis regalibus veſtibus deſperit eum michol filia Saul: dicens ei ꝙ nudatus fuerat ſicut vnus ꝯ ſcurris: ⁊ ille reſpondit. Ludā ⁊ vilioꝛ fiā ante dñm q̇ elegit me ⁊c̃. Jtē qñ venit ad eū Nathan ꝓpheta et redarguit eū de peccato ſuo. publice penituit. Jtē iocunditatē mentis habuit: ⁊ oīa bona ſe facta ad deū rettulit. Unde de eo cantat eccleſia. p̄ualuit dauid in philiſteū in funda ⁊ lapiꝺ in noīe dñi: ecce exultatio in deo. Non enī cōfidebat in ſe. funda dauid eſt p̄dicatio. ꝑ quaȝ fundā p̄dicationis eiicitur dyabolus de cordibus hominū: cū ꝑ durā rep̄henſionē incutitur timoꝛ ⁊ concipitur peniteutia. lapis vero dura rep̄henſio eſt. Qꝛ ergo huiuſmōi victoria habetur ꝑ humilitatē: ideo ad miſſam incipit introitus. Dñe in tua miſericordia ſpaui. ecce humilitas dauid: exultauit coꝛ meū. ecce mētis iocunditas: ꝑ hec duo vincitur pugna. Et qꝛ ille ſolus vicit q̇ nihil ſibi. ſed oīa bona ſua deo attribuit. ⁊ ſperat in eo: ideo bene ſequit̃ oro. Deus in te ſperantiū fortitudo ⁊c̃. Poſtea ſequit̃ ep̄l'a de caritate. Deus caritas eſt ⁊c̃ .i. Jo. iiij. c. qꝛ ꝑ caritatē reges ſumus: ⁊ ꝑ eā facimus bōa opa meritoria regni: ꝑ q̃ regnū noſtrū defendimus ⁊ conſeruamus. Unde ſequit̃: in hoc apparuit caritas dei ⁊c̃. Poſt deus caritas ē ⁊c̃. ibi etiā oſtenditur ꝙ diligere debemus deū et ꝓrimū. Jn euangelio autē. Hō q̇dā erat diues Lu. xvj. c. oſtendit̃ ꝙ nō debemus diliger̃ diuicias. ꝑ diuitē q̇ induebatur purpura ⁊ biſſo. ⁊ ꝑ penā eius. Ut enī dr̃ ecc̃. v. c. Qui amat diuicias fructū nō capiet ex eis. q̇ amat .ſ. amore libidinoſo: naturali vero vel caritatiuo pōt: qꝛ diuites cum iuſticia ⁊ bonis operibus non abiicimus. xxx. di. hoc ſcripſimus. Habet̃ enim in euangelio de mendico lazaro. in cuius ꝑſona incipit graduale Ego dixi domine miſerere mei. ⁊ ſequitur verſus de operibus miſericordie. Beatus qui intelligit ſuꝑ egenū ⁊ pauperē .i. intelligit ⁊ precogitat illud qᵭ eſt in egeno ⁊ paupere .ſ. egeſtas ⁊ paupertas vt ei ſubuēiat. Dicit enim Gre. ꝙ debemus eos vocare patronos ⁊ amicos noſtros. quia etiam fratres noſtri ſunt: ⁊ ſic facere nobis amicos de mām̄ōa iniquitatis ⁊ de male acquiſitis. vt cuȝ defecerimus per mortem. recipient nos in eterna tabernacula: hoc nō fecit diues ille epulo. ⁊ quia in aliquo noluit pauperi ſubuenire: ideo cuȝ eo diſtrictiſſime fecit dominus. vt non poſſet habere guttam aque ad refrigerium lingue: Et ideo ſequitur alleluya Deus iuſtus iudex foꝛ. ⁊ pa. ⁊c̃. Poſtea ſequitur offertorium in perſona mendici .ſ. Jntende voci orationis mee. Et quia non obliuiſcitur deus orationes pau-

pex. Seqt̄ur postcōio. Narrabo oīa mirabilia tua. psal. vi. rc. In quibusdā tñ ecclesiis legit̄ hodie euangeliū. Estote misericordes. qđ ē lu. vi. c. Et est sciendū q̄ Urbanus papa q̄rtus statuit fieri festū đ corpore xp̄i q̄nta feria post hanc dñicā: concedens magnā indulgentiam tā clericis officiantibus q̄3 pplis venientibus ad diuina. ꝓut in officio sup hoc ordinato.

De secunda dominica post penthe.

Dictum est q̄ prima cā q̄ defendim⁹ regnū nr̄z est caritas: q̄ dilatat̄ per cōsideratione᷉ eternaꝝ nuptiarū. de quibus in apoc. Beatus q̄ vocatus est ad cenā nuptiaꝝ agni. Unde in hac fa dñica habet̄ de huiusmōi cena in euāgelio. Luc. xiv. c. Hō quidā fecit cenā magnā ꝛ vocauit multos. ꝛ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis vt venirēt ꝛc. Hora cene est ex quo porta paradysi apta est p ip̄z. Sequit̄. ꝛ ceperūt oēs se simul excusare. Nā primus dixit villam emi ꝛ necesse habeo videre illā. Scōs dixit iuga boum emi. v. ꝛ eo ꝓbare illa. Tertius vo dixit vxorē duxi ꝛ ideo nō possum venire. Dominus vero dixit ad s̄uū. Uade ꝛ cōpelle intrare vt domus mea ipleat̄. Multos enī cōpellit intrare p tribulatōes. Illi ergo q̄ vocati fuerāt n̄ venerunt: q2 auari q̄ primū se excusant supple. vel gulosi q̄ p s̄m ꝛ luxuriosi q̄ p tertiū itelligūtur: hac cena se reddunt indignos. vñ v̄. Uilla boues vxor cenā clausere vocatis. Mūdus cura caro celū clausere renatis. Et q2 i hoc isti se reddunt indignos. iō dñs alios vocat. Quia vero p cōsideratione᷉ h⁹ cene dilatat̄ caritas. ꝛ q2 dñs ꝓtegit habentes caritatē: iō incipit introitus. Factus est dñs ꝓtector meus. ꝛ eduxit me in latitudinē caritatis. Sequit̄ versus đ caritate. Diligā te dñe fortitudo mea ꝛc. In oratione vero petit caritarē sc̄i nōis tui ꝛc. In epl̄a. Nolite mirari. i. Jo. iij. c. habet̄ de vita eterna. per cuius intuitū amor concipitur. ꝛ sequitur in fine de caritate: filioli. non diligamus v̄bo neq3 lingua. sed opere ꝛ veritate. Hec ē lingua dolosa q̄ dicunt amatores mūdi. rogo te habe me excusatū: dicunt etiā bonis ꝛ sanctis viris. rogate pro nobis. ꝛ tñ venire nō curant.

Et attende q̄ duo primi excusant se: p p̄mū enī supbi intelligunt̄ p s̄m oēs q̄ delectāt̄ i. v. sensibus corporis. p tertiū vero luxuriosi q̄ se n̄ excusant q2 nō habent cor sicut habet̄ in osee iiij. Fornicatio. vinū ꝛ ebrietas auferunt cor. Magis enī absorbet hominē fornicatio. q̄3 supbia vel auaricia: q2 ergo vt dictū est lingua taliū excusantiū se dr̄ lingua dolosa: ideo ecclesia a lingua dolosa petit se liberari in responsorio. Ad dñm cū tribularer clamaui. In. v̄. Dñe libera me ꝛc. Et q2 pfectus est q̄ non peccat in lingua. ideo scđo tono cantat̄. Postmōz sequitur all'a sil'r de caritate. Diligā te dñe fortitudo meo ꝛc. Quia vero consideratione vite eterne concipitur caritas: visa cena petit conuerti in offertorio. conuertere dñe. Et q2 ibi cantabimus vocaliter vt ait Cassiodorus sup psalmuz oīs sp̄s laudet dñm: non erit ibi tm̄ cena s3 maxima solennitas. Unde in trenis primo ca. vie syon lugent. eo q̄ non sunt qui veniant ad solennitatē. Ideo in postcōione promittit se cātaturum ibi dño dicens. Cantabo dño q2 bona tribuit mihi ꝛ psallam ꝛc.

De dominica tertia.

Tertia causa quare inflammamur ad defēdēdū regnū nostrū. est consideratio beniuolentie dei: qua nos custodit ꝛ diligenter q̄rit. ideo in euāgelio huius tertie dñice. Erant appropinquantes Lu. xv. c. habetur. Quis ex vobis homo habens centū oues. i. angelos ꝛ homines. ꝛ si perdiderit vnā. s. hominē. nōne relinquit nonagītanouē in deserto. i. in celo. ꝛ vadit q̄rere pditā ꝛc. aut q̄ mulier hn̄s dragmas. x. s. angelos et hoīes. ꝛ pdit vnā. s. hoīez. i quo imaginē suā đ pinxerat: nōne accendit lucernā. i. naturā hūanā in q̄ lumen deitatis posuit vniendo se ei. et q̄rit diligenter donec inueniat: ꝛ cū inuenerit conuocat amicas ꝛ vicinas dicens eis. Cōgratulamini mihi q2 inueni dragmā quā pdiderā. Ita dico vobis gaudiū est in celis an. dei su. v. pec. peni. agen. Ecce q̄3ta est beniuolētia dei erga nos. Ista enī beniuolentia accendit in nobis caritatē. Quia vero ad nuptias eternas nō intrant supbi neq3 luxuriosi neq3 auari: vt p̄missum est. ideo introitus hui⁹ dñice est. Respice in me ꝛc. ꝛ dicit. vidi humilitatē meā cōspice in me ꝛc. ꝛ dicit. vidi humilitatē meā cōtra supbiā: ꝛ laborē meū. contra luxuriā: q2 inops ꝛ paup sum ego contra auariciā. Et ꝓpter p̄dicta monet nos Pe. ad humilitatē dicens in epl̄a. i. pe. vlti. c. Humiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet ꝛc. Et post sequitur ibi Sobrij estote ꝛ vigilate in oratōib⁹. qm̄ ad v. di. tā. le. ru. cir. q. quē de. Et q2 tantā curaz habet dñs de nobis. Ideo in graduali inuitat nos ecclesia dicens. Jacta cogitatū tuū in domino ꝛ ipse te enutriet. versus est. Dū clamarē ad dñm ex. vocē meā ꝛc. All'a est. Dñe refugiū. Offer. est. Sperent in te oēs q̄ nouerūt ꝛc. quia de sperantibus in se habet curam. Quia vero dominus non īuenitur nisi q̄s peniteat.

Cū vero quis pēitet ad dn̄m clamat. ideo seq-
tur postcōio Clamabo. Rursus hoc officiū
est de penitēte. sicut appet ex ipsa cōione ⁊ ex
euangelio. vbi p dauid intelligitur q̄libet peni-
tens: ibi dr̄ gaudiū est in celo sup vno᷒ pec. pēi.
agen. ⁊c̄. ⁊ ex introitu ⁊ alijs. ⁊ ideo cantat̄ cir
ca festū bti Jo. bap. qui legit̄ populū ad penitē
tiā ꝓuocasse.

De dominica quarta.

Uarta cā q̄ defendim᷒
regnū nostꝝ. sūt
opa misericordie. Un̄ in euange
lio. Lu. vj. c. qd̄ legr̄ i hac q̄rta do
minica in q̄busdā ecclesijs dr̄. E-
stote misericordes sicut pat̄ vester misericors
est. Et post sequit̄. Mensurā bonaʒ ⁊ cōfertaʒ
⁊ coagitatā ⁊ supeffluētē dabunt in sinū vrʒ.
Qr vero nō pōt hō opa misericordie facere
nisi prius illuminet̄ a deo. ideo incipit introit᷒
Dn̄s illuīatio mea: ⁊ qr p opa misericordie est
ecclesia terribilis vt castrorū acies ordinata sic̄
dr̄ in canticis can. sequitur versus Si exurgāt
aduersum me castra nō timebit cor me. ⁊ si ex
urgat in me p̄liū ⁊c̄. Postea petit i collecta mi
sericordiā ⁊ gratiā dandi elemosinas: cū dicat
ꝓtector in te sperantiū deus ⁊c̄. In ep̄la v̄o
existimo. q̄ est ad Ro. viij. c. ostendit̄ p̄miū. vbi
dicit ap̄ls: nō sunt condigne passiōes h᷒ tēpo-
ris ad futurā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. Et
post sequit̄: ⁊ oīs creatura ingemiscit expectās
reuelationē filioꝝ dei. Et vt hanc gloriā ecclesi
a possit adipisci. petit in rn̄sorio veniā de pec-
catis. ꝓpicius esto peccatis nr̄is dn̄e ⁊c̄. Se
quit̄ all'a. In te dn̄e speraui: qr in se sperantib᷒
ꝓpicius est. Un̄ p̄s. Qm̄ in me sperauit libera-
bo eū. Adaptant̄ etiā iste q̄tuor p̄cedentes do
minice. q̄tuor libris regū sic. In primo eiʒ libro
habet̄ q̄ō Dauid inunctus fuit. Un̄ in prima
dn̄ica incipit introitus Dn̄e i misericordia tua
speraui. Et in rn̄sorio habet̄. Et vnxit me vncti
one misericordie sue ⁊ oleo exultatōis. Un̄ seq
tur in introitu. Exultauit cor meum in salutari
tuo: ⁊ ita ostendit se vnctū oleo letitie p miseri
cordiā dei. In s̄o libro habet̄. q̄ō liberat᷒ fuit
ab inimicis. ⁊ vnctus bis vt haberet latitudīeʒ
regni. Un̄ in s̄a dn̄ica incipit introitus. Fact᷒
est dn̄s ꝓtector meus ⁊ eduxit me ī latitudinē
vt late regnarē. In tertio libro habet̄ q̄ō mor
tuus fuit. Un̄ in tertia dn̄ica vtit̄ ecclesia voce
decedentiuʒ dicens. Respice in me ⁊ miserere
mei: ⁊ i versu In te dn̄e speraui. In q̄rto libro
habet̄ de ꝓphetis q̄ illuīati sunt a deo vt vide
rent ventura. ⁊ ideo in q̄rta dn̄ica dicit̄ i itro-
it᷒. Dn̄s illuīatio mea.

De. v. dn̄ica p᷒ pēth. Rx.

Uinta cā q̄ dessendim᷒
⁊ obtinem᷒ r̄gnū
nr̄m. est pax cū inimicis ecclesie.
⁊ patientia in aduersis: ad quā i
uitat nos beatus Pe. in ep̄la hu
ius q̄nte dn̄ice Oēs vnanimes. i. pe. iij. c. dicēs:
⁊ nō reddentes malū ꝓ malo ⁊c̄. Un̄ in euan-
gelio habet̄ de rethe petri. Sed multi sunt qui
rūpunt rethe beati pe. i. cōcordiā ⁊ vnitatē fra
ternā: ⁊ ideo in ꝑsona tollerantiū incipit intro
itus Exaudi dn̄e vocē meā q̄ clamaui ad te ⁊c̄
versus est. Dn̄s illuīatio mea ⁊c̄. Illuīatus enī
a deo saluat̄ ab hostibus qr sperat in eo. Pro
p̄dicta autē pace cū inimicis ecclesie īpetrāda
orat ecclesia in collecta dicens. Da nobis q̄su-
mus dn̄e vt ⁊ mundi cursus ⁊c̄. In aliq̄bus tn̄
ecclesijs dr̄ Deus q̄ diligentibus te ⁊c̄. Seq̄
tur euangeliū Lu. v. c. Cū plurime turbe irrue-
rent in Jhesum ⁊c̄. vbi sequit̄. Preceptor p to
tā noctē laborantes nihil cepimus. Tales q̄ la-
borant in nocte ⁊ nihil capiunt: sunt q̄ ꝓ terre
nis p̄dicant. Sequit̄ in v̄erbo tuo autē laxabo
rethe. hoc facit q̄ hʒ sciaʒ ⁊ vitā: talis enī cōclu
dit multitudinē pisciū copiosā. Un̄ in p̄ncipio
tot capti sunt boni ⁊ mali ꝙ rethe rūpit̄: p qd̄
significatur. ꝙ ecclesie vnitas in hac vita rum
pitur a quibusdā. sed post resurrectionē capti
sunt multi ⁊ tn̄ nō est scissum rethe: p qd̄ signi
ficant̄ boni qui nō scindunt vnitatē ecclesie.
Et iō in offer. dicit ecclesia se landare deū. q̄ q̄ꝫ
tū ad bonos filios dedit eis intellectū. vt nō rū
pant rethe. i. vnitatē ecclesie. Benedicā domi-
nū q̄ mihi tribuit intellectū. In postcōione
vero dicit ecclesia se optare vnitatē ⁊ hanc pe
tere a dn̄o. Unā inq̄t petij a dn̄o. Licet enī plu
ra petat: quotidie tn̄ dr̄ vnū petere: qr ad vnuʒ
finē. i. ad habendū deo oīa petēda petit. ⁊ h̄ ē
ꝙ ibi sequit̄. Hanc req̄rā vt inhabitē in domo
dn̄i oīb᷒ dieb᷒ vite mee: hoc iō dicit qr tunc le
git̄ ꝑalipomenō. i. v̄ba dieꝝ. q̄ hʒ eandē materi
aʒ cū libro regū. ⁊ significat. ꝙ q̄ in diebus suis
bene rexerit se habebit dies eternitatis. Et
attende ꝙ hoc officiū cantat̄ circa festū beati
Ja. q̄ sicut dr̄ in euangelio. Relictis retibus se-
cutus est dn̄m: ⁊ factus est piscator hominū. i.
supplantator re ⁊ nomine vicioꝝ.

De sexta dominica post penthe. Rx ica.

Uia v̄o nō valēt oīa p̄dcā:
nisi fiat ēt plena iusti-
cia fidei. ⁊ i nouitate vite: iō i hac
vj. dn̄ica legr̄ s᷒ liber ꝑalipo. vbi
hēt̄ ꝙ cōfortauit dn̄s Salo. p qd̄
significat̄. ꝙ dn̄s sp̄ualr̄ suos cōfortat dādo e-
is fortitudinē. Iō dr̄ i offō h᷒ dn̄ice. Domin᷒
fortitudo plebis sue ⁊ protector ⁊c̄. versus est.
Ad te dn̄e leuaui animam meam. quia ab ipso

est oīs fortitudo. ⁊ tunc bene regimus regnū
nr̄m. qđ maxīe fit. si tendat hō ad ꝓmissiones
dei. Uñ dr̄ in orōne. Deus q̄ diligentibꝰ te bo
na inuisibilia p̄parasti ⁊c̄. In ep̄la autē. Quicūq̄
baptizati sumꝰ ⁊c̄. Ad ro. vj. c. hortatr̄ nos pau.
vt in nouitate vite ambulemus: alr̄ ei nihil va-
lent alia. ⁊ vt hoc possimus orat ecclesia in rñ-
sorio. Cōuertere dñe aliq̄ntulū ⁊c̄. Ille vō q̄ am
bulat in nouitate vite. p̄parat se ad laudandū de
um in p̄sēti ⁊ in futuro. Uñ sequitr̄ all'a. Te de-
cet hymnus deꝰ in syon. Ad hanc orōnē vel ꝑ
fectionē hortamur in euāgelio Math. v. c. nisi
habundauerit iusticia vr̄a ⁊c̄. Et sequitr̄ ibi. Si
offers munus tuū añ altare ⁊c̄. Et q̄r ñ pōt hō
hoc facere sine auxilio dei. iō orat in offer. ꝑfi-
ce gressus meos in semitis tuis ⁊c̄. Et q̄r talis
pōt offerre. iō seq̄tr̄ ī pꝰcōione. Tollite hostias
⁊c̄.

De septima dñica post penthe. R̄.

SEquitur septima dñi-
ca in q̄ legūtr̄
libri Salo. vt ꝑabole ecc̄. cātica. li
bri sapīe. quē philo composuit ⁊
ecclesiasticus quā Jhesus filius
Sirach edidit. ⁊ tñ Salomoni attribuitr̄. Hi li-
bri q̄ sunt de opibꝰ sapīe Salomonis legunt̄ a
kalendas Augusti vsq̄ ad kalēdas septēbris:
q̄r mēsis iste calidus est. ⁊ estū significat vicio
rū: in quo nos oꝫ sapienter regere: sicut ī medi
o natōis prauę ⁊ ꝑuerse. Uel q̄r mensis iste scꝫ
augustus sextus est. Uñ sextilis añ augustū ce
sarē vocabatr̄: ⁊ verus nr̄ Salomon in. vj. etate
venit. q̄ fecit vtraq̄ vnū: q̄ fuit dei virtus ⁊ dei
sapīa. q̄ docuit nos sapiēter viuere ⁊ docere.
Hic est xp̄s rex regū. q̄. vij. panibꝰ ⁊ piscibus vt
legitr̄ in euāgelio hodierno. satiauit eos q̄ de lō
ge venerāt ⁊ eū triduo sustinuerāt. Rursus in
hac dñica incipit ecclesia ꝑabulas Salo. Post
festū enī trinitatis legitr̄ liber regū. qm̄ hō quā
do trīitatis silr̄itudinē hꝫ fit rex ⁊ sacerdos. Uñ
p̄ponunt̄ ei exēpla de regibꝰ ⁊ sacerdotibꝰ. sic̄
sub p̄ria dñica dictū est. Postea vō sequūtr̄ li-
bri doctrinales. p̄ponūtr̄ enī exēpla doctrinis.
q̄r plus mouent fcā q̄̄ dcā: act. i. Cepit Jhesus
facere ⁊ docere. ⁊ sic ordinant̄ libri ad se inui
cē. vt p̄cedant libri exēplares regū ⁊ ꝑalipome
nō. ⁊ sequunt̄ libri doctrinales Salomonis: q̄
doctrina est refectio sp̄ualis de q̄ habetr̄ ī euā-
gelio hꝰ. vij. dñice. De hoc dicetr̄ sub dñica. xj. ⁊
xij. Et q̄r huic doctrine bonis opibꝰ rñdere
debemꝰ. incipit introitus. Oēs gētes plaudite
manibꝰ. Et beatꝰ pau. inuitat nos in episto
la ad ro. vj. c. vt rñdeamꝰ illi doctrine seruiendo
deo dicēs. Humanū dico pp̄ infirmitatē car-
nis nr̄e. Uñ in q̄busdā ecclesijs sequitr̄ rñs. Be
ata gens cꝰ est dñs deꝰ eoꝝ. i. q̄ deū hꝫ ꝓ domi
no. ei soli seruiendo: ⁊ sequitr̄ versus. Uerbo dñi
i. doctrina dñi celi firmati sūt. i. maiores sicut a-
postoli ⁊ alij scī. Sequitr̄ in q̄busdā ecclesijs
all'a. Attēdite pp̄le meꝰ legē meā. lex est illa re-
fectio: illa autē refectio ondit̄ in euāgelio mar.
viij. Cū turba pl'ima ⁊c̄. Et est notandū qđ ibi
dr̄ ꝙ q̄dā de lōge venerūt. s. illi q̄ de peccatis e
normibꝰ redierīt ⁊ penituerīt: q̄ enī in pcō mor-
tali est. nō hꝫ ꝙ manducet. Erāt autē q̄tuor mi
lia. s. habentes q̄tuor cardinales virtutes. ⁊ co-
mederunt ⁊ saturati sunt: q̄r lex dñi satiat. ⁊ r̄-
manserunt septē sporte. s. p̄dicatores. habētes
septē dona sp̄s sancti ⁊ reficientes alios. In a
lijs vero ecclesijs legitur euangeliū. Attendite
a falsis ꝓphetis. Quia vero habens doctri-
nā vidit in quanto ꝑiculo sit constitutus. vidꝫ
enī se esse in fornace babilonis ideo in offert.
Sicut holocaustū ⁊c̄. Daniel'. iij. c. petit se libe-
rari: ⁊ vtitur voce triū pueroꝝ. In postcōione
vero inclina aurē tuā ⁊c̄. petit liberationē acce
lerari.

De octaua dñica post penth. R̄ica.

SEquitur Octaua dñi-
ca in q̄ docꝫ
nos ecclesia vitare omnē vanita-
tē. Hic enim debet esse effectus
doctrine in nobis: quia ī doctri-
na docet nos fieri spirituales. ⁊ r̄moueri a cor
poralibus desiderijs. ad similitudinē beate vir
ginis cuius festū instat. Unde introitus inci-
pit. Suscepimus deus misericordiā tuā. i. filiū
tuū Jhesum xp̄m. nobis ex misericordia datū:
in medio templi tui. i. in cōi ecclesia tua. secun
dū nomen tuū deus. deus enim vbiq̄ nomīa-
tur. sic ⁊ laus tua ī fines terre. i. vbiq̄. Templū
etiā est beata virgo. in qua vere suscepimꝰ dei
misericordiā. Unde circa eius festū rationabi
ter p̄ns cantamus officiū: cū sit tēplū dñi ⁊ sa-
crariū sp̄s sancti Sequitr̄ epistola ad ro. viij.
c. Debitores ñ sumꝰ carni. vt scđm carnē viua
mus ⁊c̄. in qua docemur conculcare omnem
carnalitatē. ⁊ ad ostendendū ꝙ hoc possumꝰ.
sequitur non enim accepistis spiritum seruitu
tis iterum in timore: sed accepistis spiritum ad
optionis filiorum: quo gustato desipit omnis
caro. Sed quia nō possunt hec fieri nisi do
minus protegat: ideo orat in graduali Esto mi
hi in deum protectorem. Rursus quia non po-
test habere hec omnia: nisi qui gaudet in do-
mino. iō sequitr̄ all'a. Exultate deo adiutori no
stro: gaudiū enī sp̄uale excludit oēꝫ carnalitatē.
Q̄r vō q̄dā sunt vita casti ⁊ humiles sꝫ ficte
ab his docet caueri in euangelio math. vij. c.
Attendite a falsis ꝓphetis. q̄ p̄tendunt castita

tē ⁊ sunt luxuriosi. Uel ꝑꝑ humanā laudē sunt
casti sicut fatue virgines: qbꝰ dr̄ amē dico vo-
bis nescio vos. Sed dn̄s vere humiles saluat.
Un̄ sequit̄ offer. Populū humilē saluū facies
dn̄e. ⁊ oculos suꝑboꝝ humiliabis. Qꝛ vo per
delicias sp̄uales oīa cōculcamꝰ: iō dr̄ i postcōi
one. gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dominus.

De nona dominica post penthe. Rūica.

Postmodū seqt̄ no-
na dn̄ica
i q̄ legit̄ liber sapīe. Sapīa autez
est cogitare de celestibꝰ ⁊ leuare
cor ad illa. Un̄ monet nos ad h
marie ꝑꝑ festū assumptōis btē virginis qđ in-
stat: qn̄. s. assumpta est in celū. Et qꝛ hō se super
se leuare nō pōt. nisi eū dn̄s trahat: iō dr̄ in in-
troitu. Ecce deus adiuuat me. ⁊ dn̄s susceptor
est aīe mee. i. sursum captor. sicut enī itur ad ce
lestia nō passibꝰ corporis sed assimulatōe men
tis ad deū. i quo vitant̄ oīa mala: de qbꝰ sequi
tur in ep̄l'a. i. ad corinth. x. c. Nō sumꝰ concupi
scentes maloꝝ ⁊c̄. Postea seqnit̄ ibi. Fidel' de
us q̄ nō patiet̄ vos tentari suꝑ id qđ potestis.
faciet cū tentatōe ꝓuentū. vt possitis sustiner̄.
ꝓ̄us tn̄ timorē incutit dicendo: q̄ stare se putat
videat ne cadat. In graduali vero. q̄ sursum
rapit̄ reddat gr̄as deo dicēs. Dn̄e dn̄s noster.
q̄ȝ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra.
Qm̄ eleuata est magnificētia tua suꝑ celos: nō
tm̄ in xp̄o ⁊ beata virgine. i. suꝑ celos materia
les ⁊ sp̄uales. veꝝ etiā in scis suꝑ celos materia
les. In euangelio Lu. xvi. monet vt si n̄ pos-
sumus ꝑ nos volare ad celū. faciamus nobis a
micos de mām̄ona iniq̄tatis. i. de diuicijs ieq̄-
liter possessis dicens. Hō q̄dā habebat villicuz
⁊c̄. Hō iste sciuit sic ꝑ prudentiā carnis dispo-
nere. q̄ āmotus a villicatōe fuit receptus i do-
mibꝰ dn̄i: ⁊ hoc ꝑ iniq̄tatē fraudis. Si ergo ille
laudat̄ q̄ ꝑ iniq̄tatē fraudis sciuit sibi in futuꝝ
ꝓuidere. multomagis laudabit dn̄s eos q̄ dāt
elemosinas. qđ est prudētia sp̄s: de quo dicit a
postolus. Est vita ⁊ pax: qꝛ hō sibi ꝓuidet i fu-
turo. Postea sequit̄: qꝛ filij hꝰ seculi prudētio-
res sunt filijs lucis i generatiōe sua. i. i his que
pertinent ad generationem suam. i. circa tem
poralia. Et ego dico vobis facite vobis amicos
de mām̄ona iniq̄tatis vt cū defeceritis. s. mori
endo: recipiant vos in eterna tabernaeula q̄ sē
sua. Un̄ beati paupes sp̄u qm̄ ipsoꝝ est regnuz
celoꝝ. Et qꝛ nō tm̄ ꝑ elemosinas. sed etiā ꝑ ora
tōes volamus ad celestia. iō est all'a Dn̄e deus
salutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te. Qꝛ
vo hec tabernacula ꝑ opa iusticie habent̄. seq̄-
tur offertoriū. Justicie dn̄i recte letificātes cor
da ⁊c̄. Quo autē ordine hec fiant. ostenditur i
postcōione. Primū q̄rite regnū dei math. vj. c.

De decima dominica post penthe. Rūica

In dominica deci
ma
legit̄ ecclesiasticus q̄ incipit Dis
sapīa a dn̄o deo est: vbi ostendi
tur q̄ nō solū sapīa. sed etiā omīa
bona sunt a deo: ⁊ ideo ab eo solūmō sunt pe-
tenda. ⁊ ad eū debemus clamar̄. ⁊ ideo incipit
introitus: dū clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē
meā. Et qꝛ debemus ipsum solū orare. sequi
tur versus. Exaudi deus orationē meā. Et or̄o
in q̄busdā ecclesijs. Pateant aures misericor-
die tue dn̄e p̄cibus supplicantiū. In q̄ collecta
pꝫ q̄s rogans dignus sit exaudiri. Un̄ sequit̄ ⁊
vt petentibus desiderata cōcedas. fac eos q̄ ti-
bi sunt placita postulare. Et ostendit in ep̄l'a.
Scitis qm̄ ⁊c̄. i. ad corīth. xij. c. q̄ oīa bona sūt
a deo: ⁊ ideo ei sunt exhibende grāꝝ actiones.
Un̄ enumeratis omnibus donis dicit: hec au
tē oīa opat̄ vnus atq̄ idē sp̄s. diuidens singul'
ꝓut vult. Sed qꝛ bonū cito amittit̄ qđ non a
largiente custodit̄: sicut dicit Gre. ideo sequit̄
responsoriū Custodi me dn̄e vt pupillā oculi.
Itē qꝛ ad illū confugere debemꝰ a quo oīa
bona habemus. sequit̄ all'a. Dn̄e refugiū factꝰ
es nobis. In alijs ecclesijs dr̄ all'a. Te decet.
Euāgeliū vo qđ ē i q̄busdā ecclesijs. Cū appro
pinq̄ret. Lu. xix. c. est de symoniacis q̄ iniuriāt̄
sp̄ui scō: i h q̄ vēdūt ea q̄ ipse dat gratis: vl' ad
voluntatē suū tribuūt. ac si ab illis eēnt illa bo
na. ⁊ nō a sp̄ui scō. Et nota q̄ h euāgeliū i quo
hierusalē destructio p̄dicat̄. i augusto legit̄: q̄a
p̄us a Nabuchodonosor. postmōꝫ a romanis i
h mēse destructa fuisse inuenit̄. In alijs eccle
sijs legit̄ Dixit Jhesus ad quosdā. Seq̄t̄ ⁊ of-
fer. Ad te dn̄e leuaui aīaꝫ meā. q. d. nō ad simōi
acos. nō ad p̄latos prauos. nō ad quosdā fatu
os ⁊ simulatos religiosos. q̄ faciūt se a simplici
bꝰ adorari: ſꝫ a te a quo oīa bona sūt. Et qꝛ tūc
acceptat deꝰ oīa opa nr̄a qn̄ speramꝰ i ip̄o deo
ideo sequit̄ postcōio. Acceptabis ⁊c̄.

De vndecima dominica post penthe.

In vndecīa dn̄ica incipit ec
clesia legere Job. q̄ sil'r ē
liber exēplaris: ſꝫ ē exēplū ꝑfectō
nis. i. ꝑfecte sapīe. q̄ n̄ habet̄ nisi ꝑ
p̄dictā refectōeꝫ doctrīe sp̄ualis.
Nā refectō facit sp̄ual'r fortes. ⁊ iō post libros
Salomonis legit̄ liber Job. In ordīe āt biblie
omnes exēplares. scilicet. Rubt. Job. Thobias

Judith ⁊ Hester. precedunt libros doctrīales
Salo. ꝓpꝰ p̄dictā rōnē: de quo etiaꝫ dicet̄ sub
dn̄ica. xv. Et qꝛ vnanimitas facit fortes ⁊ paci
entes. sicut fuit Job. ⁊ cōcordes sicut fuerūt fi
lij Job. q̇ faciebāt cōuiuia ꝑ domos vnusq̇sqꝫ
in dei suo. iō īcipit introitus. Deus in loco scō
suo. i. ī humilibꝰ. Jsayas Sup quē req̇escet sp̄s
meus. nisi sup humilē ⁊ q̇etū ⁊ trementē s̄mo/
nes meos: ⁊ si deus est cū eis nullus pōt eis p̄/
ualere. Deus eīꝫ habitare facit vniꝰ moris ī do
mo. i. cōcordes ⁊ vnanimes. q̄les fuer̄t filij iob
q̇ dabant sibiīnuicē comedere. Vn̄ versus est.
Exurget deus ⁊ dissipent̄ inimici eiꝰ: qꝛ forti/
tudo nostra nihil valet nisi dn̄s nobiscū coope
tur: īmo p̄ncipalr̄ opet̄. Jn ep̄la. Notū vo/
bis facio euangeliū. q̇ est. i. corinth. xv. on̄dit be
atus pau. humilitatē. Vn̄ sequit̄ ibi. Qui nō sū
dignꝰ vocari ap̄ls: ⁊ ꝓpter hanc humilitatē ra
ptus fuit vsqꝫ ad tertiū celū. Jn rn̄sorio quo
qꝫ sequit̄ vox humiliū. Jn deo sperauit cor me
um ⁊ adiutus sum. ⁊ in versu. Ad te dn̄e leua/
ui aīaꝫ meā. Et qꝛ ex tali spe sequit̄ exultatio: iō
in q̇busdā ecclesijs est all'a. Venite exultemus
dn̄o. Euangeliū vero est de humilitate ⁊ eiꝰ
affectu. Duo hoīes ascendebant ⁊c̄. Luc. xviij.
c. Vn̄ sequit̄. Phariseus dicebat. Dn̄e nō sum
sicut ceteri hominū ⁊c̄. ecce sup̄bia. Seq̇t̄ Pu
blicanus dicebat. Deus ꝓpitius esto mihi pec
catori: ecce humilitas: ⁊ iō abijt iustificatus in
domū suā ab illo. Qꝛ vero humilitatē sequi
tur exaltatio: q̇ enī se humiliat exaltabit̄. iō seq̇
tur offer. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me. id
est sursum cepisti. q. d. exaltabo te qm̄ exaltasti
me. Pꝰcōio est. Honora dn̄m de tua substā
tia ⁊c̄. ꝓuer. iij. c. Ꝯ ad litterā facit humilis: dat
enī libenter paup̄ibus. ⁊ hoc est honorare do/
minū: qꝛ ipse p̄cepit vt detur paup̄ibꝰ. Vel ho/
nora dn̄m ⁊c̄. i. oīa bona tua deo attribue: ⁊ Ꝯ
est ꝓpriū humiliū. Hec postcōio cōgrue Ꝯ t̄pe
canit̄. qn̄ frugibꝰ horrea. ⁊ vino cellaria plene
redundāt: quibus deuote dominus honorat̄.

De. xij. dominica post penthe. Rica

Vodecima dominica ē

de orōne ⁊ q̄i exp̄mit̄ Job orās
⁊ sedens in sterq̇linio cōq̄rendo
de falsis amicis: legit̄ enī Job in
duabus dn̄icis. Job q̇dē in sterq̇linio moralit̄
est aīa in mortali peccato ⁊ fetido: in quo duꝫ
residet nō restat nisi orare deū. vt ipsaꝫ ab eo e
ripiat. Vn̄ incipit introitus. Deus in adiu. meū
inten. do. ad adiu. me festi. cō. ⁊ re. q̇ q̄. aīaꝫ me
am. Jn offertorio autē on̄dit̄ efficacia orō/
nis: ⁊ totū offertoriū est orō moysi sumpta de
exo. qn̄ rogauit ꝓ filijs israel q̇ fecerunt sibi vi/
tulū cōflatilē: ⁊ incipit p̄catus est Moy. in cō
spectu dn̄i dei sui ⁊c̄. q̇ Moyses seipsum expo
suit ꝓ salute ppl'i dicēs domio: aut dimitte eis
hanc noxā. aut dele me ⁊c̄. xlv. di. disciplina. et
reducit ad memoriā merita patrū. Memento
inq̇t Abrahā Jsaac ⁊ Jacob ⁊c̄. ⁊ placatus fa/
ctus est dn̄s de malignitate. quam dixit facer̄
ppl'o suo. ⁊ ex hoc ꝓbat̄ ꝙ scōꝝ merita nobis
ꝓsunt. Et nota ꝙ in hoc offertorio fit v̄boꝝ ge
miatio: de quo dictū ē sub s̄a dn̄ica pꝰ epiphāi
am. Jn ep̄la. Fiduciā talē habemꝰ ꝑ xp̄ꝫ ad
deū. ij. ad corinth. iij. c. ostendit ap̄ls. ꝙ orō sua
⁊ alioꝝ bonoꝝ p̄latoꝝ noui testa. maiorē hꝫ ef/
ficaciā. quā habuit in veteri testa. ꝙ etiā Mo
yses orauit cū fiducia cōfisus de meritis p̄rūꝫ.
Sed ne videat̄ hoc ex arrogātia facere subdit.
Nō ꝙ sufficientes simus cogitar̄ aliquid a no
bis q̄i ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo ē
cꝰ ministri sumus. Jn euangelio vero osten
ditur ꝙ multū valet orō p̄latoꝝ. qđ legit̄ ī qui/
busdā ecclesijs. Dū transiret Jhesus ꝑ medios
fines decapoleos. ⁊ adducunt ei surduꝫ ⁊ mu/
tū. ⁊ sanauit eū dn̄s. Multi sunt surdi q̇ nolūt
audire verbū dei. ⁊ multi muti q̇ nolunt loqui
⁊ possunt: silr̄ hos dicunt p̄lati ꝑ p̄dicationem
adducere ad dn̄m in confessione. ⁊ orō salua
bit eos. Unde in ꝑsona surdi ⁊ muti. cantatur
in graduali. Benedicā dn̄m in oī t̄pe. Versus
est. Jn dn̄o laudabitur aīa mea. Jn all'a vero
monet ad hanc laudē. Venite exultemus dn̄o
⁊c̄. De offer. supra dictū est. Postcōio vero
est. De fructu op̄m tuoꝝ satiabitur terra. i. p̄di/
catores quos dn̄s replet prius bonis: ⁊ ipsi re/
pleti. alios replent. Jn alijs vero ecclesijs dicit̄
euangeliū. Exiens Jhesus de finibus tyri: qđ ē
marci. vij. c. Potest autem dici secundum Si/
cardum ep̄m cremoneñ. in mitrali. ꝙ Salomo
ne mortuo regnum diuiditur. ⁊ ideo mensis se
ptembris historia bipartitur. Prima pars in v
na historia consolidatur: alia variatur. quia re/
gnum Juda in Dauid familia stabilitur. sed re
gnum israel a pluribus occupatur. Unde ⁊ hi/
storia de his iustis qui gentibus intermixiti fu
erant compilatur: vt de Job: Thobia: Judith:
⁊ Hester. cum in prima septembris ebdomada
legatur Job. quem ipse scripsit cum responso.
Si bona in secunda liber Thobie. queꝫ ipse cō
posuit: in tertia Judit. quem Achior edidit: in
q̇rta Hester. quē mardocheꝰ vel potius. Esdra
composuit. Sed ⁊ liber Esdre post hec op̄a re/
citatur ⁊ cum his cantantur respon. Peto ⁊ a
donay domine ⁊c̄. His temporibus propheti/
zauit Helyas qui gessit typuꝫ xp̄i. Sic mortuo
Cōstātino eccl'a sepat̄. vna ps ē catholica. alia
ꝑ multa scismata sepata: a q̇bus ecclesia catho

lica multa aduersa pro dño tollerauit. sicut illi
quoꝝ opa hoc tpe legunt̃. Inter catholicos. q̇
dã sunt pfecti q̇dã ĩpfecti: pfecti sunt p̃dicato/
res. ministri. ꝛ coopatores dei. qḋ dr̃ in episto
la Fiduciã. Hi adducunt impfectos ꝛ alienos
surdos ꝛ mutos ad gloriã Jhesu xp̃i. sicut legi
tur in euangelio. Uox itaqꝫ pfectoꝝ est in ĩtro
itu. Deus in adiutoriũ meũ intende: q̇ adiutori
um dei ĩplorant. vt hereticis valeant resistere.
ꝛ eos ad dei gratiã adducere. Aut est vox ĩpfe
ctoꝝ pficientiũ: q̇ vt pficiant dei implorãt au
xiliũ. In graduali Benedicã. Et in all'a. dñe re/
fugiũ. vox siq̇dẽ ẽ pfectoꝝ gr̃as agẽtiũ: ḋ illis se
a psecutõe aliquotiẽs tp̃ãtib⁹ ꝛ istꝭ pficiẽtib⁹.
Et qꝛ moyses fuit vn⁹ eoꝝ q̇ se obtulerĩt p pec/
catis subditoꝝ: iȯ in offer. cantat̃. Precatus ẽ
moyses. Hi pfecti sunt illa terra q̃ satiata fruc/
tu opm dñi: donis vꝫ sp̃s sci pducit fenũ iumẽ
tis. i. doctrinã hoibus. Uñ coĩo est. De fructu
ꝛc̃. Et attende q̄ recte de Job ꝛ moyse sil' cãta
tur: qm̃ cõtempanei repiunt̃: p quoꝝ exemplũ
ad patientiã ꝛ mansuetudinẽ inuitamur.

De. xiij. dñica post penthe. Rica.

IN tertiadecia dñica legitur
liber Thobie. p quẽ figu
ratur genus humanuꝫ cecum fa
ctum per peccatum p̓mi pentis:
qḋ nõ potuit sanari. nisi amaritu
dine passiõis. q̃ p fel significata est. xp̃s vero p
piscẽ qꝛ piscis assus est xp̃s passus. Cecũ q̇dem
erat genus humanũ: qꝛ habitantibus in regio
ne vmbre mortis lux orta est eis. Petit g̊ vt ve
niat dñs sicut pmisit. Dñica enĩ ista est de pro
missionib⁹. Uñ dicit in introitu. respice dñe in
testamentũ tuũ. ꝛ in pmissiõe tua. vt sicut pro
misisti vẽiat filius tuus: ꝛ h̓ est qḋ seq̇t̃. ꝛ aĩas
paupũ tuoꝝ ne obliuiscarꝭ ĩ finẽ. ꝛ h̓ ẽ qḋ dix̃
Thobias filio suo. Meñto fili qm̃ paupẽ vitã
gerimus: habebis multa bona si timueris deũ.
Uñ sequit̃ orõ. Omnipotens sempiterne deus
de c⁹ munere venit ꝛc̃. ꝛ rogat vt possit currer̃
ecclesia ad veras pmissiones. Epistola Abra
he facte sunt pmissiones ꝛ semini eius ꝛc̃. ad
gala. iij. c. vbi agit̃ de promissionibus: ꝛ sequit̃
ibi. Quid igitur lex dicit apl's. si nõ põt sanare
genus humanũ cecũ sicut Thobiã: ꝛ sequit̃ re
sponsio. Lex q̇dez ppter transgressores posita
est supple. sicut pedagogus. Sequit̃ rñsoriũ
Respice dñe in testamentũ tuũ: vbi ostenditur
vehemens effectus orõnis. In all'a. Qm̃ de
us magnus ꝛc̃. ostenditur q̇s est q̃ põt illumĩa
re. In euangelio ostenditur q̄ lex nõ potest
sanare ꝛ incipit in q̇busdã ecclesijs. Beati ocu
li qui vident que vos videtis. multi pphete et
multi reges ꝛc̃. Lu. x. c. vbi habetur q̄ sacerdos
ꝛ leuita pertransierunt hominẽ qui incidit in
latrones. sacerdos inq̈ꝫ ꝛ leuita veteris testam̃
ti: sed solus samaritanus. i. xp̃s q̇ est custos no
ster: ipsum sanauit. Et quia lex non sanat quo/
niam neminem ad perfectionem ducit. sed so/
lus deus in quo sperãdũ est: ideo sequit̃ offer.
In te dñe speraui. Qũo autẽ sanauit illũ ce/
cũ patet. quia p panẽ angeloꝝ qui fact⁹ est lac
hominũ. i. per filiũ dei incarnatũ: ꝛ ideo sequit̃
in postcõione. panem angeloꝝ mãducauit hõ
Alie ecclesie dicunt. panẽ de celo ꝛc̃. sapi. xvj. c.

De. xiiij. dominica post penthe. Rica.

IN dominica. xiiij. legitur li/
ber iudith. ꝛ cantat̃ quo
mõ victoria data est in manu fe/
mine: ꝛ monet nos ecclesia ad sã
ctimoniam siue ad continentiaꝫ
exemplo Judith. Sicut eĩ Judith interfecit o
loferñẽ. qui interpretatur eneruans vituluꝫ sa/
ginatũ: sic monet ecclesia vt interficiam⁹ olo/
fernẽ. i. dyabolũ q̇ eneruat ꝛ interficit lasciuos
mundi: qḋ fit p sanctimoniã. abscindẽdo ei ca
put. Nã caput dyaboli est luxuria. qꝛ q̈i primo
de ea incipit homines tentare: ꝛ ideo dñs dic̃ i
Lu. Sint lumbi vestri precincti: hoc est precin
gatis vos contra primũ vicium. Exo. xij. In co
mestione agni. renes vestros accingetis. Alio
tñ mõ supbia est initiũ omnis peccati. Quia ve
ro fragiles sumus ꝛ effeminati. Unde ĩterfice/
re non possumus olofernem nisi adiutorio dei
ideo dicit in ĩtroitu. protector noster aspice de
us ꝛ respice in faciem christi tui. Sequitur in
quibusdam ecclesijs epistola ad galat. v. c. Spi
ritu ambulate ꝛ desideria carnis non perficie/
tis: caro enim concupiscit aduersus spiritum.
ꝛ spiritus aduersus carnem. Et sequitur mani
festa autem sunt opera carnis. ꝛ nominat ea.
Item alibi dicit. Si contenditis nonne carna
les estis: hoc dicit quia contendimus de car/
nalibus: ꝛ post. fructus autem spiritus sunt lõ
ganimitas. pax. patientia ꝛc̃. deuincere igitur
olofernem in nobis est facere ista duo. Per h̓
quoqꝫ vicia interficimus in nobis q̄ gustam⁹
spiritum sanctum: quo gustato desipit omnis
caro. Sed quia non potest sanari in nobis
carnalitas nisi a domino: quia est sicut lepra: iõ
in quibusdam ecclesijs sequitur euangeliũ. Dũ
iret Jhesus. Lu. xvij. c. de leprosis. qui venerũt
ad dominũ ꝛ dixit eis: ite ꝛ ostẽdite vos sacer
dotibus. ipsis tamen prius sanatis: per quod si
gnificatur q̄ prius peccator a domĩo sanatur.
ꝛ postea iniũgitur ei penitentia a sacerdote. et
absoluitur: qḋ significatũ est p hoc q̄ discipuli

dñi institia lazari soluerunt. ⁊ tñ prius ipse erat resuscitatus a dño. Rediit autẽ vnus ad eũ flexis genibus gratias agens: p qđ significat̃ ꝙ vnitas ecclesie reddit gratias deo. Unde vnus sanabitur in piscina. Jo. iiij. ⁊ ideo in rñs. i gratiaꝝ actões dicit ecclesia. Bonũ est cõfiteri domino. Et etiã in all'a: qđ est in quibusdã ecclesijs. Confitemini domino ⁊ inuocate nomẽ eius. Et quia hoc nõ sufficit nisi ⁊ dñs nos custodiat: ideo sequit̃ in offer. Jmmittit angelus dñi in circuitu timentiũ eũ: quia custodit nos dñs per angelos. Sequitur. Gustate ⁊ videte. qđ autẽ gustare debemus ostendit̃ in postcõione. s. panẽ qui saginat animã non corpus. Unde est offer. in qbusdã ecclesijs. Panis quẽ ego dedero caro mea est p seculi vita.

De. xv. dñica post penthe. Rica.

Dominica qntadecia habet eandẽ intentionẽ cũ pcedenti. ⁊ iõ i qbusdã ecclesijs in his duab⁹ dominicis legitur liber Judith. ⁊ introit⁹ est Jnclina aurẽ tuã dñe. versus est Letifica animã serui tui: qm̃ ad te dñe leuaui aiam meã: q. d. ñ ad carnalia desideria. Jn epl'a q̃ ẽ ad gala. vj. c. monet nos vt non simus vitulus saginatus: sed simus spirituales. Unđ dicit ibi paulus. si spiritu viuimus spiritu ⁊ ambulem⁹: qꝛ q̇ seminat in spiritu de spiritu metet vitã eẽ nã. q̇ vero in carne de carne metet coꝛruptõez. Sequit̃ rñs. Bonũ est confidere i dño q̃ȝ cõfidere in hoie: q̇ dat victoriã in manu femine. qñ facit hominẽ vincere in carne. Et qꝛ hoc facit q̇ p̃pat coꝛ suũ ad seruiendũ deo: sequit̃ Alleluya. paratũ coꝛ meũ deus ⁊c̃. Jn euangelio Nemo potest duobus dñis seruire. quod ẽ math. vj. c. docemur ne seruiamus ventri: ⁊ p⁹ Nolite solliciti esse dicentes: q̇d mãducabim⁹ aut q̇d bibemus ⁊c̃. sed primũ q̃rite regnũ dei ⁊c̃. Nolite solliciti esse. s. sollicitudine suffocationis: sollicitudine autẽ puidentie solliciti esse debemus. Jn offer. vero monemur vt seruiamus dño non ventri: expectãs expectaui dominũ vt reficeret me. Quis autez sit iste cibus quo anima debet refici: ostenditur in postcõione. q̃ est in quibusdã ecclesijs. Qui manducat meã carnẽ. s. per fidẽ. Nã vt dicit Aug. Crede ⁊ manducasti ⁊c̃. Querit̃ autẽ quaꝛ ecclesia post libros Salo. legat libꝛ Job. ⁊ postea libꝛ Thobie. ⁊ Judith. cũ alio mõ oꝛdinentur in biblia: sicut enĩ dictũ est sub septima dñica p̃cedunt libꝛi exemplares. ⁊ postea doctrinales: qꝛ magis mouent facta q̃ȝ dicta: ⁊ ad vltimũ ponunt̃ libꝛi machabeoꝝ. q̇ sũt libꝛi exemplares. Ad qđ dr̃ ꝙ p doctrinã pueniur ad pfectõez patientie. q̃ magis fuit in Job. Uñ postea seq̃t Thobias: qꝛ magnũ etiã patientie signũ fuit i Thobia: q̇ amisit multa ⁊ filiũ ⁊ tempus ⁊ oculũ. q̇ maxie ab homine diligunt̃. ex eo ꝙ oculi sunt pꝛincipiũ cognitionis ad quã natus ẽ homo. ⁊ qꝛ etiã plus valet exemplũ femine ⁊ magis erubescentiã incutit: iõ liber Judith i quo habet̃ de victoꝛia i manu feie post ṗdictos ab ecclesia oꝛdinat̃. Ultimo vero liber machabeorũ legitur: qꝛ ibi habetur exemplũ de confirmatione iustitie. Machabei enĩ passi sunt martyriũ p lege defẽdẽda ⁊ custodienda ab anthiocho fidei inimico.

De dñica. xvj. post penthe. Rica.

In decimasexta dominica legit ⁊ cantat ecclesia de machabeis. vt dicetur in seq. ti. q̇ multa passi sunt ab anthiocho ⁊ septẽ ppl'is: ⁊ ibi habet̃ ꝙ templũ qđ pollutuz fuerat ab illis ppl'is. ab istis machabeis purificatũ fuit: ⁊ p hoc significat̃ ꝙ aia q̃ templũ dei est polluta a septẽ capitalibus vicijs. nõ potest mundari nisi purificetur a peccato: qđ est eaz resuscitari de moꝛte peccati. vñ habetur i euãgelio de resurrectõe filij vidue: ⁊ ideo incipit introitus Miserere mei dñe. s. vt resuscites me. versus ẽ. Jnclinabo dñe aurẽ tuã ⁊c̃. Jn epl'a vos apl's iuitat nos ad patiẽtiã dicẽs. Obsecro vos ne deficiatis i tribulatõib⁹ ⁊c̃. q̃ ẽ ad ephe. iij. c. sic ei vicũt̃ iimici a machabeis. i. a scis Seq̇tur g̃duale. Timebũt gẽtes: qꝛ sic̃ postq̃ȝ illi vicert̃ iimicos suos ⁊ mũdauert̃ tẽplũ ⁊ redificauert̃. timuert̃ gẽtes i circuitu: sic ⁊ p⁹q̃ȝ hõ vicit dyabolũ. ⁊ mũdauerit se p cõfessionẽ: ⁊ reedificauerit tẽplũ dei i se: timẽt demões. Uñ seq̇t̃ vsus Qm̃ edificauit dñs syon. Sȝ qꝛ ñ pt̃ fieri nisi a dño ꝙ hõ libert̃ a vicijs: iõ seq̇t̃ all'a Redẽptõez misit dñs ppl'o suo ⁊c̃. Euãgeliũ ẽ i q̇busdã eccl'ijs. Jbat ihesus i ciuitatẽ q̃ vocat̃ naym ⁊c̃. Lu. vij. c. Et p⁹. Accessit ihesus ⁊ tetigit lectulũ. ⁊ dixit Adolescẽs tibi dico surge. ⁊ surrexit ⁊ dedit illũ mr̃i sue. Nẽpe tangit dñs lectulũ vbi erat moꝛtu⁹. qñ ĩfirmitate vl'aliq° flagello tãgit coꝛp⁹ hoĩs: i q° iacet moꝛtu⁹ sps hoĩs. i. aĩa ⁊ sic excitat̃ a sõno moꝛtis. Uñ eccĩ. xxxi. c. Jnfirmitas g̃uis. sobꝛiã reddit aiaz. Seq̇t̃ offer. q̇ i voce machabeoꝝ. Dñe i auxiliũ meũ respice. Seq̇t̃ p⁹cõio. Dñe mẽoꝛaboꝛ iusticie tue soli⁹: iusticie icq̃ȝ. qꝛ oĩs q̇ vẽit ad te ñ eiiciet̃ foꝛas. Potest ⁊ alr̃ dici ꝙ iosia defũcto hierl'm d̃struit̃. ppl's captiuat̃ ⁊ p̃mit̃: iõq̃ȝ i. B mẽse octobꝛi machabeoꝝ histoꝛia legr̃ ⁊ cãtat̃

Adaperiat rc. quia a suis aduersarijs ad modũ premebantur. quoꝝ primã partẽ Symon pontifex edidit. aliam filius eius Jo. posteriorẽ quidam iudeus agrestis. sed eruditus. Hi captiui militantẽ designant ecclesiam: in qua sunt duces ꝛ satellites. doctores ꝛ discipuli. perfecti et imperfecti. Doctores. uidua significat euangalica que uidua est: quia militans cũ sponso triunphanti non est: cuius filius moritur. cũ discipuli pro quouis crimine ab ecclesie corpore separant̃: resuscitãtur cũ illis grã infunditur. Hec igitur orat in euangelio pro filij resurrectione. i. gratie infusione: ꝛ hortatur in epistola ne deficiant in tribulationib⁹. ꝛ huius rei gratia flectit genua sua: hic eadẽ orat in introitu. Miserere. Et in offer. Dñe. Graduale. Respice id qđ dicitur i euãgelio. Accepit autẽ omnes timor.

Postcõio. Dñe memorabor. gratiaꝝ est actio. Uel hic mensis octobris. ut quidã aiunt d̃ signat octauã: sicut ergo iudei finitis prelijs et templo restaurato. in hymnis ꝛ confessionib⁹ domino benedicebant: sic in octaua magne festiuitatis. sci festiuius exultabunt.

De dominica. xvij. post penthe. Rica.

IN dominica decĩa septima agitur de nuptijs eternis quia consideratione nuptiaꝝ illarum libenter patimur tribulationes: sicut ꝛ machabei fecerũt. Sunt autẽ quatuor dominice in quibus agit ecclesia de machabeis. consideratio enim illa tribulatões leues facit: ꝛ propter illas nuptias: pena qualibꝫ leuiter sustinetur. De his nuptijs dicitur i euãgelio qđ hac die in quibusdam ecclesijs legit̃: cum inuitatus fueris ad nuptias recũbe in nouissimo loco rc. Omnes inuitati sumus ad nuptias eternas: ꝛ si in nouissimo loco nos ponimus. hic vt simus humiles: exaltabimur in paradiso. ꝛ econtra. Unde statim subiungit̃ Ego autẽ dico vobis. quia omnis qui se exaltat humiliabitur rc. Unde incipit introitus Just⁹ es domine. s. in hoc iudicio. ꝛ rectuꝫ iudiciũ tuuꝫ. Huic enĩ iudicio concordat ecclesia seu cõsentit. quo deus exaltat humiles ꝛ supbos deprimit dicens Justus es domine rc. In epistola Obsecro vos. que est ad ephes. iiij. c. inuitat nos ad humilitatẽ. vt dicat̃ nobis amice ascẽde superius. vbi dicitur: vt digne. i. in humilitate ambuletis. vocatione qua vocati estis. s. ad nuptias: hoc enim est nouissimũ locum tener̃.

Ad hoc idem monet in graduali. beata gẽs cuius est dominus de⁹ eoꝝ rc. superbi faciunt se dominos: humilium vero deus est domin⁹. vnde versus est Uerbo domini celi. i. humiles firmati. i. sanctificati sunt. Debem⁹ ergo eẽ humiles. quia nihil habemus nisi ꝛ deo: ꝛ iđ sequitur in quibusdam ecclesijs all'a. Qui timẽt deum sperant in eum. q. d. non in se. Postea sequitur euangelium de nuptijs. sicut dicuꝫ ẽ. In alijs vero ecclesijs legitur Cũ intraret Jhesus in domũ Lu. xiiij. c. Notandũ autem ꝙ anteꝗꝫ in ipso euangelio dicatur d̃ nuptijs: habetur quõ sanauit ydropicũ per quẽ intelligit̃ omnis amator mundi: pri⁹ enim oꝫ ꝙ sitis mũdi sacietur. quia qui biberit ex aqua satiet iteꝝ Jo. iiij. q̃diu enim hõ erit hydropicus: in ill' nuptijs nõ poterit satiari. In offer. sil'r inuitamur ad humilitatẽ. Unde ibi habetur oro Danielis. Oraui ad deũ meũ rc. Daniel'. ix. c. Et ꝑpter hanc humilitatẽ meruit audire archangelum. qui certificauit eũ de incarnatione xpi: satis autẽ congrue fit ibi mentio de angelo: quoniã hoc officiũ circa dedicationẽ beati michaelis cantatur. In postcõione habetur de hũilibus ꝛ superbis: vouete ꝛ reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius offertis munera. i. humiles qui attribuitis oĩa bona deo: terribili ꝛ ei qui aufert spiritum principũ. i. supbiã eorum. ecce quia superbus humiliat.

De q̃rta feria q̃tuor tẽpoꝝ septembris.

IN quarta feria legitur euangeliũ Respondens vnus de turba mathei. ix. c. de surdo ꝛ muto quẽ apostoli curare non poterãt eo ꝙ illud genus demonij non eiicit̃ nisi i oratione ꝛ ieiunio. qđ bene huic diei couenit: hodie nanꝗꝫ ieiuniũ est q̃tuor tp̃m. Ideo nanꝗꝫ due lectiones legunt̃: vt ordinandi in duobus preceptis caritatis. vel duab⁹ legibus instruãtur. Prima de calcatote vue. s. Ecce dies. amos vltio: tp̃i cõuenit. Scđa vꝫ cõgregatus neemie viij. c. cõgruit ordinãdis. qb⁹ dr̃ in introitu Exultate deo: q̇ meditari ꝓmittunt in offer. meditabor. Cõio est comedite pinguia. ꝛ sumit̃ de lcõe. ij.

De. vj. feria. iiij. tp̃m septembris.

FEriе sexte officiũ: penitentiã exprimit ordinandorum. Unde in euangelio. Factũ est. peccata paralytico dimittuntur: ꝛ in lectione Conuerter̃ Osee vl. c. ad conuersationem instruuntur: ꝛ i introitu. Letetur: ad querendum dominuꝫ inuitãt̃. Graduale ꝛ postcõio. sunt orões electoꝝ. Offerenda consolatio eorundẽ. In alijs tamẽ

ecclesijs dr̄ euangeliū. rogabat ihesū. Lu. vij. c.

De sabbato q̄tuoꝛ temporum septembris.

Abbati quoqꝫ officiuz ad doctrinam
ipsoꝝ ordinandoꝝ fit: ne sint ste-
riles. vt fici arboꝛ infructuosa: de
q̄ loquit̄ euāgeliū Arboꝛē fici ⁊c̄
Lu. xiij. c. ne vita illoꝝ sit terrenis implicita. sic̄
mulier incuruata. In ep̄l'a vero. Tabernacu
lū factū est ⁊c̄. q̄ est ad hebꝛeos. ix. c. vbi de pri-
mo ⁊ ꝯo agitur tabernaculo: monent̄ vt sic ꝯ-
uiant in tabernaculis ecclesie militantis. vt do
mino p̄ſitent̄ in tabernaculo triunphantis.
In lectionibus vero q̄r hoc septēbris ieiuniuz
indicit̄: cā institutōis. ⁊ eius vtilitas intimat̄:
q̄ꝛ pꝛima est. x. die Leuitici. xxiij. c. Scd̄a ē. xv.
die. q̄ est ibidē. Tertia ē. dn̄e dn̄s nr̄. miche. vl.
c. Quarta est. factū est verbū Sacha. vij. Quīta
est. angelus dn̄i Daniel. iij. c. Cetera sc̄ ordinā-
doꝝ exhoꝛtatōes orōnes ⁊ cōsolatōes. Cōio. s.
mēse. vij. de leuitici lectōe sumit̄. Merito au
tē in hoc mense fit clericoꝝ ordinatio: qm̄ ⁊ in
hoc mense fiebat tabernaculoꝝ celebꝛatio. Or
dinati vero sunt ecclesie ministri ī dei taberna
culo. ꝑ septiformā gratiā in septē gradibus cō
stituti. Unde ⁊ beatū Petrū legitur ordinatio
nē fecisse in septembꝛi: sex ep̄oꝝ. decē p̄sbytero
rū. ⁊ septē dyaconoꝝ. Et celebꝛatur ordinatio ī
tertia ebdomada: qꝛ in tp̄e tertio. s. gr̄e. fuit ab
ap̄l'is instituta. Olim tn̄ alia rō fuit a sapiētib⁹
assignata: nā olim instituta fuere ieiunia ī pri-
ma abdomada marcij. in ꝯa iunij. In tertia se-
ptēbꝛis. In q̄rta decēbꝛis. vt comitarēt̄ initia
thessere decadis ihesu xp̄i. Cū eiꝫ q̄s ordinatur
quodāmō vt xp̄o attineat generat̄. Prima er-
go p̄sona p̄me thessere decadis. est Abꝛaham: a
quo sumitur ordinatio pꝛime ebdomade mar-
cij: pꝛima p̄sona secunde thessere decadis. ē da
uid: a quo sumitur ordinatio secunde septima
ne iunij: initiū tertie est ieconia. a quo sumitur
ordinatio tertie septimane septēbꝛis: demū est
xp̄s in q̄rto loco. a quo sumit̄ ordīatio q̄rte se-
ptimane decēbꝛis. Sumunt̄ autē poti⁹ ab his
p̄sonis q̄ꝫ ab alijs ordinatōes: vel qꝛ fuerunt in
genealogia maioꝛes. vel ꝓpter nominū inter-
p̄tatōes. Dr̄ enī Abꝛahā pater multaꝝ gentiū.
Dauid foꝛtis. Jeconia p̄patio dn̄i: sic ⁊ illi q̄ oꝛ
dinant̄ debent esse foꝛtes. p̄pati ad euangeliū
xp̄i. vel sicut a p̄sona in p̄sonā sunt. xiiij. genera
tōes. sic ab ordinatōe in ordinationē septimāe
xiiij. inueniunt̄: vt ordinandi p̄iti sint in deca-
logi ⁊ in euangelij disciplina. Nunc autē ieiu-
nia ex cāis p̄missis alr̄ ordinat̄: vt dictuꝫ ē sub
q̄rta feria tertie ebdomade aduentus. Et me
mento q̄ ap̄l'i vsqꝫ ad simpliciū papā. in decē-
bꝛi semꝑ ordines celebꝛabant: vt ordinandos
coaptarent generationi Jhesu xp̄i. Simplici⁹
v̄o addidit ordīes ī febꝛuario tribuēdos vt or
dināẟos vicini⁹ īcoꝛparet coꝛpi Jesu xp̄i. vide
de hoc in ꝓhemio ꝯe partis. Sed si vt p̄mis
sum est ieiunia constituta sunt in pꝛedictis se-
ptimanis. ꝓ his q̄ ad ordinationē accedūt: nū
q̄d comutari possunt. qm̄ nullus tūc ordinat̄:
certe nō. nisi necessitate vꝛgente: de q̄ in ꝓhe-
mio ꝯe p̄tis dictū est. Cū enī sit vna ecclesia. oī
no oꝫ in actionibus eius esse concoꝛdia: q̄ nō
esset si in tā generali ieiunio alij pꝛanderent a-
lij ieiunarent. P̄: licet alicubi nō fiat ordinatō.
fit tn̄ alibi ꝓ q̄bus ieiunare ⁊ oꝛare debemus.
vt digni ad ordinationē ꝑueniant: oēs enī fra
tres sumus ⁊ vnanimes in domo dn̄i sumus.

De. xviij. dominica post penthe.

Ictum est in p̄cedenti dn̄ica q̄ oꝫ hō
se ponere ī nouissimo loco. vt po
natur ī pꝛimo sicut sunt p̄lati: vn̄
in hac. xviij. dn̄ica agitur de p̄la-
tis q̄ sunt in pꝛimo loco. Un̄ euangeliū est in q̄
busdā ecclesijs. Suꝑ cathedrā moysi ⁊c̄. In
troitus vero q̄ sumit̄ ecc̄. xxxij. c. incipit. Da pa
cē dn̄e sustinentibus te. vt ꝓphete tui. i. p̄lati. fi
deles inueniant̄: supplendū est nō infideles. si-
cut scribe ⁊ pharisei. versus est. Letatus sum ī
his q̄ dicta sunt mihi. in domū dn̄i ibim⁹. i. ibi
mus ad nuptias: ⁊ de hoc letatus sum: qꝛ inui
tati sumus ad nuptias in q̄bus erit eterna pax.
In alijs vero ecclesijs versus est. Bonū est.
P̄ scripserunt q̄dā q̄ ideo dr̄ introitus ipse q̄a
tali die Zacharias papa fecit pacē cū lōgobar-
dis. In ep̄l'a ap̄l's agit gratias ꝯ ephesijs. qꝛ
habent fidē verā de istis nuptijs. dicens: gr̄as
ago semꝑ deo meo ꝓ vobis ⁊c̄. ī. ad coꝛinth. c.
i. In responsoꝛio vero. Letatus sum ⁊c̄. on̄-
dit gaudiū de p̄dictis nuptijs: ⁊ ideo ꝓpter p̄-
dictas nuptias in all'a. Laudate dn̄m oēs gen
tes. hoꝛtatur ad laudē. Euangeliū in q̄busdā
ecclesijs. Accesserunt ad Jhesuꝫ. q̄ꝺ est math.
xxij. c. de scribis ⁊ phariseis q̄ infideles fuerūt.
Unde tentauerunt dn̄m dicentes. q̄ꝺ est mā-
datū magnū ⁊c̄. Dixit dn̄s dilliges dn̄m deum
tuū ⁊c̄. ⁊ postea reꝑhendit eos de infidelitate:
qꝛ nō credebant ip̄ꝫ esse deū. dicens. Quid vo
bis vr̄ de xp̄o: c⁹ filius est. Dicunt ei Dauid. Et
dixit eis. Quō ergo dauid in spiritu vocat eum
dominum dicens. Dix. do. do. me. se. a dex. me.
⁊c̄. Prelati non dicunt esse tales. i. īfideles:
sed sicut moyses. de quo habetur in offer. Sā-
ctificauit moyses altare dn̄o ⁊c̄. dicunt pꝛelati
l

se totos offerre incensum: ꝛ postea multas hostias. Unde sequitur postcōio. Tollite hostias loquitur enim de prelatis.

De .xix. dñica post penthe. Rubrica.

Ec xix. dñica respondet pcedenti. in q̄ dictuȝ est. Da pacē dñe sustinentibus te: vt prophete tui. i. plati. fideles inueniātur. Rñdet igr̄ si faciāt qd̄ habetur in euangelio. qd̄ legitur in hac dñica i quibusdā ecclesijs. s. Ascendens Jhesus ꝛc̄. qd̄ est math. ix. c. in quo habetur q̄ adduxerūt ad dominū palyticū. Jhesus autē videns fidē illoꝝ q̄ offerebant ꝛc̄. Paralitici sunt q̄ in delicijs carnis sunt: q̄ ita dissoluti sunt. q̄ nō possunt opa bona facere. ꝛ merito fidei platoꝝ sanantur. et ideo bonū est habere bonos platos. Quidā autē de scribis dixit ītra se: hic plasphemat q̄ peccata dimittit. Jhesus autē videns cogitatiōes eoꝝ. dixit: vt sciant q̄ filius hoīs hȝ ptātē in terra dimittendi peccata. dixit palitico. Tolle grabatū tuū ꝛ ambula. Et qr̄ solus deus est qui sanat palisim: ideo incipit introitus. Salus ppl'i ego sum ꝛc̄. versus est. Attendite ppl'e meus legē meā: subaudi p quā sananť palitici. Jn epistola monet apl's paliticos: vt erigantur corporaliter a paralisi ad bona opa dicens. Renouamini spiritu mentis vestre: ꝛ induite nouuȝ hominē ꝛc̄. ephe. iiij. c. Sequiť etiā graduale in voce palitici. Dirigatur orō mea sicut icēsum ꝛc̄. versus est. Eleuatio manuū mearū ꝛc̄. iā iste leuatur ad bona opa. All'a vero dr̄ in voce palitici sanati. s. Dextra dñi fecit virtuteȝ. subaudi: qr̄ sanauit me. Sed qr̄ nō sufficit sanare nisi dñs custodiat. sequiť offer. Si ambulauero in medio tribulatōis. Ubicūqȝ enī ambulant sanati a dño: custodit eos q̄ȝtū in se est.

Dominica .xx. post penthe. R̄ica.

N dominica xx. incipit ecclesia legere .xij. pphetas. et danielē. ꝛ cantat de ysaia ꝛ daniele ꝛ hieremia: nō tñ legit de ysa. ꝛ hieremia. qr̄ in alijs tp̄ibus plenius leguntr̄: d̄ ysa. enī legiť in aduentu. de hiere. in passione.

Queriť āt qr̄ legit ecclesia pphetas p⁹ librū machabeoꝝ. cū i biblia pponanť? Ad qd̄ dicim⁹ q̄ biblia pponit oēs libros exēplares. eo q̄ magis mouent exēpla q̄ȝ doctrina: pter librum machabeoꝝ quē vltīo ponit. ꝛ pp pfectā iusticiā: ꝛ pp tp̄s. qr̄ vltīo tp̄e fueřt. Eecclesia etiā legit vltīo libꝛ ezechielis. qr̄ i eo agiť de tēplo celesti: in quo est cōfirmatio ꝛ finis omniū. Duodecī vō pphetas legit pter fundamētū fidei qd̄ semp necessariū est q̄ȝtūcūqȝ hō sit pfectus ꝛ vide qd̄ dictū est sub dñica. xv. Jncipit autē ecclesia legere ezechielē in principio nouēbris. Jn matutiali h⁹ dñice officio. primuȝ rñsoriuȝ est in q̄busdā ecclesijs de ysa. s. Uidi dñm sedētē sup soliū excelsum. Uidit eī ysa. qūo thron⁹ dei angeli sunt ꝛ sancti in ecclesia triūphante ꝛ militante: in quibus p gratiā sedit ille q̄ est p̄mus ꝛ nouissimus. Qr̄ ergo ezechiel vidit templū celeste in quo fiunt nuptie eterne. iō ī euāgelio misse qd̄ in q̄busdā ecclesijs in hac dominica dr̄. ꝛ est math. xxij. c. habetur de illis nuptijs: sil'e est regnū celoꝝ hoī regi q̄ fecit nuptias ꝛ misit fuos suos. s. hoꝛa cene dicere inuitatis oīa pata sunt venite ad nuptias. Jlli vero contempserunt venire ad nuptias. Hi sunt iudei q̄ contempserunt venire. Et misit tunc fuos suos. Jte ad exitus viaꝝ ꝛ conuocate oēs: ꝛ īplete sunt nuptie discūbentiū. Et vidit rex quēdā nō habentē vestē nuptialem ꝛ dixit ei. Amice qūo huc intrasti nō habens vestē nuptialeȝ: ꝛ tradidit eū ministris suis. vt piicerent eū in tenebras exteriores. Huic autē iudicio quo dominus eos q̄ contempserunt venire ad nuptias āmouit a nuptijs. ꝛ oēs alios vocauit. congaudet ecclesia in introitu dicēs. Oīa q̄ fecisti nobis in vero iudicio fecisti. Jn epl'a vero monet apl's vt ante ambulemus ad has nuptias: qr̄ sine veste nuptiali piicitur in tenebras exteriores dicens. Uidete autē qūo caute ambulemus ꝛc̄. q̄ est ephe. v. c. ꝛ dissuadet a contrario dicens: nolite inebriari vino ī quo est luxuria. ne sitis in nuptijs dyaboli: sed impleamini spū scō. Sed qr̄ cibū illaꝝ nuptiaꝝ nō pōt dare: nisi solus deus: ideo sequiť in responsorio. Oculi omniū ī te sperant dñe. ꝛ tu das escā illoꝝ i. cibū nuptiaꝝ eternaꝝ: ī tp̄e oportuno. Et qr̄ de nuptijs illis nō pōt comedere q̄ est ī peccato mortali: sequiť in q̄busdā ecclesijs all'a. de pfundis. i. de peccato. clamaui ad te dñe. vt me eruas a peccato: ꝛ ita peto nuptijs interesse.

Jn offer. vero ostenditur q̄d sit interesse nuptijs. s. habere memoriā de eternis dicens. Super flumina babilonis. s. delicias seculi: illic sedimus ꝛ fleuimus dū recordaremur tui syon. i tui o. ecclesia triunphans. Jn postcōione vero petit. vt detur ei interesse nuptijs illis dicēs. Memento verbi tui seruo tuo. ī quo mihi spē dedisti ꝛc̄. q. d. memoꝛ esto qr̄ pmisisti: q̄ enī pmittit ꝛ nō dat videť esse oblitus. Et nota q̄ tres nuptie leguntr̄ in euāgelio. De primis dicitur. q̄ sil'e est regnū celoꝝ hoī regi. q̄ fecit nuptias filio suo: hic filius est xp̄s. q̄ humanā naturā sibi copulauit: vbi fuit thalamū virginis. vū

tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Ad has nuptis hoies sub lege p pphetas iuitauit. De his dr. Uos sil'es hoibus expectantib⁹ dñz suũ qñ reuertat a nuptiis. Hic dñs xp̃s est ver⁹ hõ: q̃ ascendens. angelicã naturaz sibi copula/uit: ad has nuptias gentes p apl'os cõuocauit. De tertiis vero dr. Uirgines q̃ ppate erant in/trauerunt cũ eo ad nuptias: hic sponsus ẽ xp̃s. q̃ ecclesiã post iudiciũ sibi copulabit: ⁊ in thala mo glorificabit. Ad has p p̃latos ecclesie quo/tidie inuitamur. De primis solennizat ecclesia i xp̃i natiuitate: de his in ascensiõe. de tertiis in resurrectõe: qñ in nostra resurrectõe xp̃s spõ/sam assumet. ⁊ de babilonia mundi introducz in cellariũ pa̾disi: de q̃bus nuptiis hic põt intel ligi. cũ eni intrasset hõ nõ habens vestẽ nupti/alẽ: eiectus est in tenebras exteriores. ceteri nu ptialiter sunt induti cũ dño epulati. Hi sunt la/pides viui. e. q̃bus edificantur muri hierusalẽ.

Põt etiã aliter dici. q᷑ post reuersionẽ a ca/ptiuitate: hierusalẽ reedificabitur ⁊ tẽplum re/staurabitur p zachariã ⁊ aggeũ. esdraz ⁊ mala/chiã. p quos aduentus dñi pnunciatur: ideoq̃ in hoc mense nouembris vsq̃ ad aduentũ dñi cantat historia de pphetis. vidi dñm: ⁊ legun tur libri ezechielis. danielis ⁊. xii. pphetaꝝ. Ca/ptiuitas illa corporalis nostrã spualẽ significat a captiuitate reuersio est peccatoꝝ r̃missio. rex itaq̃ pphetaꝝ volens supnã hierusalez restau/rare filio nuptias celebrauit. ⁊ sicut legit̃ i euã gelio multos ad celeste prandiũ inuitauit: hi q̃ intrauert sũt lapides viui de q̃b⁹ p̃missum est. Ne igit̃ ad captiuitatẽ similẽ reuertamur: ⁊ a nuptiis excludamur monet nos Pau. in ep̃la p̃cedenti. Uidete q̃mo caute ambuletis. nõ q̃i i cipientes sed vt sapientes. Introitus. Oia q̃ fe/cisti. vox est danielis captiuitatẽ p̃teritã recolẽ tis ⁊ eã suis meritis dei iudicio ascribẽtis. Si militer in offer. Sup flũia babilonis. captiuita tẽ illã ploramus. sed in graduali. Oculi omniũ gr̃as agimus. In postcõione. Memento ver/bi. postulamus vt nuptias. p̃missas in spe. pci/piamus in re.

De dñica. xxj. p⁹ penth. R.

In precedenti dñica instructi sumus ⁊ ãmoni/ti vt caute eamus ad nuptis q̃ ce lebrant̃ in templo: q̃õ scripsit eze chiel. Sed q͛ de his nuptiis marie inuidet no bis dyabolus. p eo q᷑ de illis eiectus fuit. ideo in hac. xxi. dñica agit ecclesia de bello cõtra dy abolũ. ⁊ de armatura nr̃a cõtra eũ. si ei pugna uerimus. intererimus eternis nuptiis. si tñ ha/buerimus vestẽ nuptialẽ. q̃ est caritas. aliter ñ.

